

CHIROMANTICA







~~VIII.~~

~~XXIV~~ XXIV.

Cav. VERARDI

Hist.ᵃ Baetica

et alia.

Ex legato Ill. Equitis
Antonii Francisci
de Marmis

m 2

Vide Vossium de His. Lat. pag. 617

# Caroli Verardi Cæsenatis Cubicularii Pontificii in historiam Bæticam ad R. P. Raphaelem Riarium. S. Georgii Diaconum Cardinalem: Præfatio: .

CVm felix ille uenerãde præsul: & iampridẽ ab uniuerso christiano orbe mille uotis exoptatus nuntius Romã peruenisset: quo cognitum est urbem Granatam cũ omni eius regno: quod per octingentos fere annos impio Magmedis dominatu oppressum fuerat: iugo seruitutis excusso in christi libertatem erectum nunc tandem in potestatẽ ac ditionem Fernandi & Hellisabes christianissimorum Inuictissimorũq; Hispaniæ Regis ac Reginæ deuenisse: memet continere non potui: quin arrepto calamo summam saltem huius rei litteris mãdarem: præsertim cum ob eam causam Pontifex ipse Maximus: Senatus apostolicus: Populusq; Romanus tanta uictoria exultans: quibuscunq; posset modis: lætitiæ suæ signa mõstraret. Templis omnibus sacra fierent: Supplicationes per dies complures ad cuncta puluinaria constituerentur: Gratiæ deo Immortali ac diuo Iacobo hispaniarum patrono ad aras omnis agerentur: Vrbe tota longissimus sacerdotum ordo diuinis hym

nis & gratulationibus personaret: Noctem Lampades flamis uincerent: Interdiu ludi peromnia fere compita celebrarentur: Hic taurorum uenationem: quos expediti Iuuenes Iaculis aut ensibus cõficerent: populo æderet: Ille pugnam equitum leuis armaturæ qua potissimũ Mauri utuntur: exhiberet: Alius expugnationem urbis Granatæ cum summa omnium referret uoluptate: Tu uero omnium magnificentiam longe supergressus: quo singularem animi tui lætitiã: quam ex hac christianæ religionis amplificatione cæperas: & simul amorem obseruantiamq; quibus inclytos illos principes prosequeris: ostenderes: speciosissimũ currũ: quo iidem de Baudeli Granatæ Rege triumpharunt: tanto sumptu & apparatu: tantaq; pompa & splendore induxisses: ut Senatus populusq; Romãus ueteres illos maiorum suorum triũphos iampridem seculis nr̃is incognitos nunc demũ spectare sibi uideretur: & simul in circo ingentibus propositis præmiis celeberrimos ludos: in quibus equites grauis armature longis inter se hastis cum summa populi uoluptate concurrerent: pluribus diebus ædidisses. Itaq; ego tãtorum uestigia secutus: quo & ipse pro uirili parte interiora animi mei gaudia: quo pacto possem: cunctis aperirem: & simul no

strorum temporum fœlicitati quodã modo gra-
tularer: unius duntaxat diei: quo uidelicet Vrbs
Granata Baudelis regis bello iam fracti fameq;
fatigati deditõne recepta est: acta cõplexus sum:
historiãq; interlocutoribus psonisq; ita cõtexui:
atq; distinxi: ut totã rẽ ita uti gesta est: posset Po
pulus Romanus non solũ auribus percipere: ue
rum etiam oculis intueri: eamq; tuo amplissime
Antistes: cui omnia debeo: nomini dicaui: tuoq;
acerrimo iudicio castigandam subieci: tibi enim
utpote Regiæ illorum maiestati deditissimo: &
qui ĩprimis hac nostra tempestate ingeniis fa-
ues: & de eorum studiis ac scriptis iudicare po-
tes: id muneris potissimũ debebatur. Eam igitur
cum tu magnopere probasses: confestim tempo-
rario in tuis magnificentissimis ædibus: excita-
to theatro: recenseri agiq; curasti. Tanto autem
patrum ac populi silentio & attentione excepta
est: tantusq; fauor ac plausus subsecutus: ut iam
dudum nihil æque gratũ ac iucundum auribus
oculisq; suis: oblatum fuisse omnes faterentur.
Quod ea potissimum causa contigisse credide-
rim: q res erat per se ipsa gratissima: & excellen-
tis uirtutis: qua Rex & Regina præditi sunt: cõ
memoratio: nobilibus & bene institutis animis
non iucundissima esse nõ potest. Eandem histo-

riam:non tam meæ famæ:quæ perexigua esse potest:q̃ Regiæ gloriæ studens:eodem te hortante una cũ nonnullis carminibus:quæ Marcellinus Verardus nepos & alũnus meus facili & copioso adolescens ingenio me auctore lusit:uulgandam putaui:quo reliquis etiam populis christiani nominis:qui dũ ageret̃ interesse nequiuerũt: tam præclaræ uictoriæ·tãtæq; uirtutis splendor illucesceret:possentq; hoc exemplo admoniti reliqui Reges:ac principes nostri intelligere:quãto gloriosius salutariusq; sit pro religione nostra tuenda uel amplificãda aduersus eius hostes arma sumere:q̃ pro leuibus & caducis fortunæ muneribus(ut sæpe solent)inter se digladiari·Vale Præsul optime humanitatis ingenii & modestię columen·

## ARGVMENTVM·

REbus suis Rex Maurus cũ diffideret:
Suos amicos consulit:uariantibus
Sententiis quorũ incertus dimittitur·
Mox nuntii aduentu Turcarum principis·
Spondẽtis illum inuasurum Trinacriam
Cum uere primo:confirmatur plurimum:
Diemq; lætum hunc statuit in conuiuio

Luxu parato regio traducere.
Sed illud omne perturbauit gaudium
Speculator hispanorum Regem nuncians
Vrbem continuo decreuisse inuadere.
Post paulo Regis numidarum litteris
Permagna pollicentis sibi auxilia
Erectus animo. præfectum cum copiis
Hostilem mittit qui contundat impetum.
Sed territus postremo uxoris somnio:
Exercitusq; internitione cognita:
Bello fameq; fractus: ac demum omnibus
Rebus iam desperatis. ad clementiam
Confugit hostis: urbem seq; tradidit.
Fernandus & coniunx summa cum gloria
Granata & omni illius regno potitur.

## PROLOGVS.

SAlutem primum Spectatores optumi
Quorum frequentia: uultuq; maxume
Lætor sereno uobis summam nuncio.
Aures mihi dein si dabitis propicias:
Qua huc gratia prodierim: paucis eloquar.
Apporto non Plauti aut Neuii comœdias:
Quas esse fictas scitis omnes fabulas.

At nouam uobis ueramq; fero historiam:
Per quam licebit nosse: ut summi principes
Fernandus & coniunx domuerunt Bæticam
Regniq; Granatam caput: & finitimis.
Terrorem populis adiecere Imperio.
Quod fabulis si in fictis tantam capere
Soletis pleno uoluptatem pectore:
Quid quæso res ubi narratur uerissima
Cognitioneq; digna uos facere addecet?
Præsertim cum ulla hic tyrannorum scelera
Non sitis audituri: aut fastus regios:
Intolerandam uel bonis superbiam:
Quæ sæpe describi solent tragœdiis.
Neq; audientur lenonum hic periuria:
Seruorum technæ: aut meretricum blandiciæ
Auara non usquā lena hic inducitur:
Milesue gloriosus: aut sicophanta impudens:
Edaxue parasitus: uel matrona impotens:
Paterue durus: aut amator cupidus:
Et reliqua: quæ in Graiis nostrisq; comicis
Spectata præbent uoluptatem plurimā.
Verum pudica honestaq; hic sunt omnia:
Summoq; cuncta perfecta consilio
Virtute semper duce: fortuna comite:
Fides boniq; mores & probitas uigent:
Nullus superbiæ: nullus auaritiæ est

Locus relictus: aut fœdis amoribus.
Vos itaq; uirtutem qui facitis maxumi
Fauere nostræ decet huic historiæ:
Animumq; summo aduortere cum silentio.
Requirat autem nullus hic comœdiæ
Leges ut obseruentur aut tragœdiæ:
Agenda nempe est historia non fabula:
Adeste iam æquis animis: & pernoscite
Maurorum Rex en qui foras egreditur
Suis cum consultoribus: sibi quid uelit.

Baudelis Maurorum Rex. Hallatar. Serraia.
Habdisbar: consultores.

PRofecto quãto magis magisq; cogito: tãto mihi res nr̃a duriore in loco esse uidet̃: dabitq; nimirũ hic Rex Hispaniæ nobis magnũ malum: cui quod remedium inueniã: aut quid consilii capiam: nescio. Ita nobis omnia aduersa: hostibus prospera cõtigere. Quicquid tentauimus frustra fuit. Spes hactenus uanæ: Conatus irriti fuere: Fame omniũq; rerũ inopia premimur: hostis adest: Instat: nullam requiem fessis præbet. In una deditiõe spes omnis ostenditur: Quam tamen ita abominor: ut emori per uirtutem satius putem: q̃ hostibus

ludibrio esse. Proinde uos: quos semp supremos habui comites consiliorum meorum: quiq; æta/te ac longo rerum usu plus sapitis: mihi quid a/gendum sit consulite. Nam ego quidem ita sum animo pturbato: tot me excruciāt curæ: ut quid mihi regnoq; meo expediat: non satis dispicere possim. Igitˀ tu Hallatar: qui dignitate præstas: edissere nobis quid sentias HALL. Graue onus optume Rex meis humeris imponis: qui me iu/beas imparatum tanta de re ex tempore dicere: maluissemq; ut hi collegæ mei priores sētētiam dixissent: quo plus ad cogitandum spacii habe/rem: & simul eorum prudentia instructus ad di cendum paratior accederem. uerum quando ita iubes: parebo: atq; animi mei iudicium paucis a periam. Nō clam me est Inclyte Rex quot dam na. quot incōmoda. quot clades: quorum nō po/strema ps fui: in hoc diuturno & calamitoso bel lo ab hostibus passi sumus. uerum non usq; adeo uires imperii tui fractæ sunt: spes opesq; cōcide/runt: ut nisi deditōem feceris: salus desperāda sit Nā per deū īmortalem primū cōsidera robur ac multitudinē militū tuorū: sexaginta milia & eo amplius lectissimoꝝ ac fortissimoꝝ peditū: urbe suo firmo præsidio non exuta: in aciem educere potes. Circūspice hūc splendorē equitū: quātus

6

ſit in eis uigor: quanta rei militaris ſcientia: q̄ ad pugnandũ prompti: & ad decipiẽdũ hoſtẽ edocti ſint: meditare. Deinde cogita q̄ta ſubſidia ab Rege Numidiæ: Mauritaniæq; principibus: & ab ipſo Turcarũ Imperatore ſperare merito poſſis. An eſt ueriſimile: hoc inclytũ regnũ: qd̄ in ultimo Europæ angulo tanta cũ nr̄a atq; adeo oĩum Magmedis ſectatorũ gloria: & ſumma cõtra chriſtianorũ ignominia: annos circiter octingẽtos perſeuerauit: eos paſſuros nũc opprimi: peſſundari: atq; deleri? At enim dices: cur tam diu ſubſidia: ſi ulla miſſuri fuerãt: diſtulerũt: & donec in extrema cõſtituti eſſemus neceſſitate: expectandũ putauerũt? Multæ poſſũt eẽ cauſæ: quæ illos ab hoc honeſto ac debito officio: quæ nos latent: retardarunt. Sed illa in aperto eſt: q̃ existimarunt nos nr̄is opibus ac uiribus: ut maiores nr̄i fecerũt: ad reſiſtendũ hoſti paratos ſatis eſſe: neq; fieri unq̄ poſſe crediderũt: ut tot oppida: tot caſtella: tot urbes arte ac natura munitas: pugnaciſſimo milite: inſtrumẽto bellico omniq; rerũ copia inſtructas tam cito amitteremus. Nũc uero cũ res nr̄as in anguſto ſitas eẽ: atq; in id ꝓpe deductas diſcrimen animaduerterint: ut niſi celeriter ſuccurratur: aut turpis deditio: aut dirum huius urbis excidium: cũ maxima omnium noſtrũ ſtrage ſit futurum: ueriſimile non eſt: Mau

ros potissimũ: qui in proximo sunt: non totis ui
ribus in auxilium nostrũ descensuros: cum præ
sertim eos nõ lateat incendium nostrum ad eos
pertinere. In ꝓuerbio est: Tua res agitur paries
cũ proximus ardet. Num enim sperare possunt
Regẽ ac Reginã Hispaniaꝝ: quoꝝ hi sunt spũs:
ea (si de hostibus uerum fateri libet) magnitudo
animi: ut uniuersus orbis eorum cupiditati satis
esse nõ possit: si tuo ĩclyto hoc Regno ꝑ uictoriã
(quod dii omen auertant) potientur: quieturos
esse: & nõ statim omnibus imperii sui uiribus: to
taq; belli mole in Africã transmissuros? Quare
tuam istã Rex animi magnitudinẽ atq; constan
tiã mirifice laudo: ꝙ præstare existimes ꝑ uirtu-
tem emori q̃ deditionẽ facere. Nã quid est aliud
hostibus: præsertim Christianis: quibus cũ tãto
odio dissidemus: se dedere: q̃ in miserã: turpẽ: ac
ꝑpetuã seruitutẽ se ac liberos posterosq; oĩs suos
tradere? Qđ si nos amici forsan deseruerint: auxi
lia sperata defecerint: uirtutiq; nr̃æ fortuna inui
derit: nõne præstabilius est uiroꝝ more pugnan
tes occũbere: & nõ incruentã hostibus uictoriã
relinquere: q̃ aut exutos libertate: quã nemo bo-
nus nisi cũ aĩa simul amisit: ĩ prædã & ludibriũ
trahi: aut ueluti pecudes ab hostibus trucidari?
Sagũtini ĩ hac terra hispania (ut in historiis me

moriæ

proditũ esse accæpi)quo Romanis:quibus cum fœdere & amicitia iuncti fuerãt:fidem seruarent potius q̃ se Hannibali dederent:immani in foro excitato rogo se suosq; atq; insuper opes omnes igni ferroq; corruperunt. Ergo quod illi pro fide Romanis seruanda fecerunt Nos pro aris. ꝓ sanctissimis focis.pro delubris atq; templis.postremo ꝓ ea fide: quam deo nostro & clarissimo eius prophætæ Magmedi debemus:si ita necessitas:quod minime reor:cogat facerẽ recusabimus? Huc accedit ꝙ nunq̃ eũdem cursum ac tenorem fortuna seruat:Nũc hostibus fauet:forsitan ꝑost paulo tibi ac tuis arridebit:Qui scis an ita di fata ordinarint:ut Maurorum in Europa Imperium magno motu cõcuterẽt:potius q̃ euerterent: admonerẽtq; nos imbecillitatis humanæ: cuius nimia in secundis rebus obrepit obliuio? Igitur Rex: ut iam dicendi finem faciam: te hortor ut bono fortiq; animo sis.uirtuti militum tuorum confidas:externa auxilia non desperes:& postremo Deum nostrum cum propheta suo Magmete pro hoc imperio quod suum esse nouit:ꝑ aris atq; templis suis:si eum sancte pieq; coluerimus ac nobis ipsi non defuerimus pugnaturum: nostræq; uirtuti ac pietati non defuturum esse confidas.BAV.Non inuito ad aures meas tua istec

peruenit oratio:Nam ut fortem uirum & ætate
integrū militē decet:.bene speras: neq; ut idem
faciam:multis ratiōibus exemplisq; adhortaris
& sane:modo id fieri possit:magnopere huic fa/
ueo sententiæ:sed me multa perturbant:quæ ali
as proferentur. Nunc libet ordine sententias ue
stras exquirere:Dic igitur Serraia:neq; si potes
prudenti tuo consilio ex tantis curis miseriisq;
exime SRRAIA. Difficile est id quidem opti/
me Rex.& quod præter deum uix quenq̄ homi
num præstarē tibi posse arbitror.BAV.Cur quæ
so? SERRAIA. Quia in tanta aduersitate for/
tunæ:uix optari fas est:ut curis molestiisq; plu/
rimis careas:etiā si miserias euaseris. BAV. Re/
cte ais. neq; id ego ꝓpterea dixeram:q me curis
molestiisq; uacuum esse posse sperarē: Sed te ut
hortarer cōsilio:quo polles plurimum: me iuua
res SERRAIA. Vtinam ea esset in me pruden/
tia:quam mihi tribuis: quam ego mihi neq; su/
mo:neq; arrogo. BAV. Pro modestia tua id facis
at ego q̄tum prudētia ualeas:re ipsa expertus in
telligo:utinamq; tibi bene monenti hactenus ob
temperassem: Nā meliore fortasse in loco: q̄ nūc
sunt:res nostræ forent: Itaq; aperi mihi sensum
animi tui:neq; expectes:ut te interpellem. liben
tius enim ut Hallatarem modo:audiam ꝑpetua

oratione sententiam tuam explicantem SER-
RAIA. Postq̄ ita uis. parebitur tibi. Quā uellē
Rex ut rebus nostris ita fortūa arrideret: ut me-
rito possem Hallataris: quem sedulo dixisse cre-
do: sententiā confirmare: ac tibi spem aut uicto-
riæ: aut saltem defensionis iniicere. Nihil enim
libētius fecissem: Sed si res: q̄tum ego iudico: nō
sinit: satius esse duco: ut tibi utilia & uera consu
lam: q̄ iucunda & magnifica dicēdo: uana spe te
interim lactem: ac gratiā studeā aucupari tuam
Paulopost uero in eum locū res deducat̃: ut ipsa
si cupiat salus: te ac tuos seruare nō possit. Quid
est. n. quod nobis spem ullam certā præbere ui-
deatur: siue hostiū opes ac uires. siue nr̃as diligē
ter pensitauerimus? Non ne omnia uictoriā illis
polliceri: nobis p̄nitiē: & huic urbi excidiū: nisi
nobis mature cōsuluerimus: minitari uidentur?
Reminiscere quæso (licet molestū sit) quotiēs p
hosce decē annos: quibus dirū hoc bellū frustra
propulsare conamur: exercitus tuus fusus fuga-
tusq; sit: quotiēs castra capta atq; direpta. Quot
castella. quot oppida. quot urbes. quæ adeo ma-
nu & natura munitæ fuerāt: ut hostes: nisi a cœ-
lo uenirēt: contēner̃ posse uiderent̃: partim ui &
armis. partim terrore subactæ. in potestatē hosti
um deuenerint: Ad quod oppidū unq̄ hispania-

Rex admouit exercitũ: quod non cæperit? quid concupiuit: quod non assecutus sit? quocunq; se cõtulit: uirtutẽ eius fortuna comitata est. Quid nunc opus est: ut damna: iacturas: clades & calamitates quas interim passi sumus: cõmemorem: cum eas: etiã si cupias obliuisci nõ possis: & hoc nihil aliud foret: q̃ obductum paulisper uulnus exulcerare. Hæc igitur omittamus: cõsideremus si placet hostis potentiam. Longum esset referre quot urbes: quot prouintias: quot regna posside at. At non habundant iis rebus quæ bello usui sunt: immo præter cæteras ꝓuintias: iis refertæ sunt maxime. ut enim omittam ꝗ frumẽti uini cæterarumq; rerum ad uictum pertinentium hispania feracissima est: & equorum multitudine ac pernicitate reliquas anteit prouincias: Sicilia quæ Fernando paret: frugum mater appellatur: Equos mittit omnium bellicosissimos. Calybes ferrum tanta copia sufficiunt: ut inde in cæteras orbis partes asportetur. Auro uero: quo non minus q̃ ferro bellum administratur: hostes habundare quis dubitet? Cum Tagus & alia nonnulla eorum flumina harenis aureis fluere dicantur. Nam de militũ numero quid attinet dicere? cũ tanta se illi sponte multitudo offerat: ut plures quotannis sint domum dimittendi: q̃ ad bellum

conuocandi. Quale uero & quantum sit eorum robur: quæ in cõmittendo prœlio alacritas & au dacia: In perseuerãdo constantia: quantus in di- micando mortis contemptus: ut aut uincere aut mori parati sint: sæpius q̃ e re nostra esset exper- ti didicimus. At dicet fortasse quispiam. exerci- tus ipse inuictus est. fateor. Sed duce & impera tore: qui illum norit regere: indiget. utinam ita esset: nam non foret necesse nos nunc tanta cum sollicitudine: & animi anxietate his de rebus cõ sultarĩ. Sed habet. habet inquam ducem: cui nul la earum rerum: quæ in perfecto & cõsummato imperatore exiguntur: desit. imo adsint omnes cumulatissime. Inuita hoc in loco uersatur ora- tio mea. cogitur enim de acerrimi infestissimiq; hostis nostri laudibus disserere: sed tantas uires habet ueritas: ut etiã ab inuitis hostibus ueram confessionem extorqueat. Quæritur in summo imperatore rei militaris scientia. At Rex hispa- niæ in armis (ut ita dixerim) natus: ibi adolescẽ tiam: ibi iuuentutem: ibi mediam ætatem exer- cuit. Nam pene puer: bello: quod cum Barcino- nensibus & aliis populis desciscentibus a patre gestum est: paternis auspiciis militauit: in quo difficile dictu est (ut memorant) quantam indo lem uirtutis: quot signa fortitudinis: magnani-

mitatis ac futuræ ꝓbitatis ostenderit. Eo uero ad huc prætextato cum Lusitaniæ Rex magni uir animi ac uirtutis uniuersam fere Hispaniã citra Iberũ infinito pene exercitu inundasset: ac fauẽtibus pluribus eius regni principibus & tetrarchis. iã Castellæ regno tanq̃ opimæ prædæ incubaret. Fernandus: hostis nũc noster: tanta celeritate: tanta uirtute: tanta deniq; fœlicitate illũ ex Castellæ regno expulit: uniuersam Hispaniam: quæ ad se dotis iure spectabat: recepit ac pacauit: ut non homo: sed numen aliquod de cœlo delapsum tantum bellum: tam intestinum: tantis uiribus omni ex parte subnixum tam breui confecisse uideretur. Nobiscum uero cum decimum iam annum: & quidem semper uictor pugnauerit: quod genus belli: quæ dimicatio: quæ disciplina militaris: quæ calliditas: aut in comparãdis hosti insidiis: aut deuitandis: & cætera id genus: ei ignota esse possunt: ac non assiduo usu percepta & cognita? Virtutes Imperatorias quæris? At quanta sit Fernandi in subeundis periculis constantia: in rebus moliendis efficiendisq; uelocitas. in negociis laboris patiẽtia. in agendo industria. in prouidendo consilium: Ad hæc quanta sit eius animi magnitudo. mortis contemptio. ueræ gloriæ laudisq; cupido. sol-

Tertia·innocentia·rebusq; in omnibus temperantia: & nos ipsi maxima ex parte sumus experti: & tot uictoriæ maxima eius uirtute summa cũ gloria partæ declarant·De Auctoritate in Rege præsertim superuacaneum est dicere: quem omnes socii ac populares colunt ut deum: nostri metuunt ut pestem·Iam uero Fœlicitate quanta is esse putandus est: qui fortunam ipsam in omnibus bellis in potestate habuisse uideat? qui omnia sua consilia ita gubernarit: prospereq; perfecerit: ut ad extollendum exornandumq; ex hominibus cum uirtus & fortuna contendisse credantur·Consideremus porro aduersum hæc omnia: quæ præsidia belli: quæ spes nobis sit reliqua·Virtuti tuorum militum fidere non potes: cum omne robur exercitus supioribus bellis: & Malacensi Bastensiq; potissimum cladibus amiseris: ut enim quisq; fortissimus & audacissimus fuit: ita primus in acie cecidit·Si non uirtus: at multitudo fortasse militum tibi auget animos· sexaginta milia peditum: & eo amplius: ut Hallatar noster dixit: in aciẽ educere potes: Sed hæc si ad exercitum hostium comparent? quid sunt: aut quid possunt? In quo etiam illud inest incõmodum: quod quo maior est turba: eo citius: si non bello: at fame ac peste: conficietur·Conferre

utriusq; exercitus inter se duces: odiosũ sane est. Sed si uerum fateri uolumus: licet Rex sis consi lio prudẽs: in prœliis audax ac manu promptus non potes tamen cum Fernando iure comparari a quo sæpius uictus: & semel captus: quantum il le in bello ualeret: tibiq; præstaret: tute ipse sen sisti. Externa uero auxilia tam diu frustra expe ctauimus: ut stultum esse putem in eis spem ul lam ponere: præsertim cum ita ferro: fame: incõ modisq; omnibus urgeamur: ut bellum trahere: diutiusq; ea expectare non detur: In præsentiq; nobis deliberãdum sit: ut aut omnes moriamur: aut deditionem faciamus. Et ꝓfecto: licet utrũq; sit durum: tamen si ex duobus malis: minus eli gendum est: deditionem potius faciendam sua deo. Ad quod potissimum te hortari debent Re gis ac Reginæ hispaniarum cum singularis hu manitas: mansuetudo: facilitas: Tum summa in ꝓmissis constantia & fides: & aduersum eos: qui se sponte dediderũt: inaudita clemẽtia. nam eos tam benigne tam indulgenter tractare dicuntur ut non seruorũ (quod iure belli possent) sed ami corum & sociorũ quodam modo loco habere ui deãtur: eosq; suis legibus atq; institutis: suo ritu ac cerimoniis uiuere patiantur. Vt igitur in pau ca conferam. cum neq; ipsi ad resistẽdum hostis

potentiæ ac uirtuti pares ſimus:neq; diutius ob
ſidionem ferro ac fame urgētibus tolerare poſſi
mus: neq; in externis auxiliis iampridē fruſtra
expectatis ſpem habere debeamus. Cōtraq; lice-
at plurimū benignitati & clementiæ Regis ac
Reginæ confidere:q̄primum deditōnem facien
dā eſſe cenſeo. BAV. Dic tu Abdiſbar. ABDIS.
Tam multa ſunt in utranq; partem & ab Halia
tare animoſe:& a Serraia dicta ſapienter:ut illis
auditis magis ſim animi dubius : q̄ ſi in initio
mihi ſententia dicenda fuiſſet. Itaq; cū ea res in
conſultationē ueniat:qua nulla maior excogita
ri queat:quippe in qua de fortunis omnibus:de
liberis ac cōiugibus noſtris:de uita:de libertate:
de aris atq; templis agatur:ego amplius delibe-
randum cenſeo. BAV. Merito uos oēs laudo:nā
& ſi ueſtris uariis ſententiis ſatis me incertū di-
miſiſtis : tamen his hinc & hinc auditis uideor
propemodū quid mihi Regnoq; meo expediat:
poſſe diſpicere. Quanq̄ aūt in Serraiæ ſententiā
animus magis inclinare uidetur : tamen quia a
ſapientibus uiris ſolitū dici audio: Conſulendū
cunctanter:agendū uero eſſe celeriter. Placet in
aliū diem:iuxta Abdiſbaris conſiliū:hanc con-
ſultationem reiicere. Ite igitur uos intro : & ad
ſuū quiſq; munus redite:ac ſup his etiā atq; etiā

cogitantes parati estote: ut cum uos iterum cum aliis nostri Regni proceribus: quibus cum placet hæc cõmunicari: in cõciliũ euocauero: nihil moræ sit: quin pari consensu recte sapienterq; mihi consulere possitis. Tu uero Abdisbar ne a latere meo discesseris. Nam est: quod te uelim. ABDI. Ego uero nusq̃ abeo: & ad tua iussa præsto sum.

Speculator Ragel. Baudelis Rex. Abdisbar.

VBi nunc ego Regem quærã: aut quo primũ intendam? Nam nunq̃ eodem in loco quiescit diu: nunc urbis mœnia lustrat: defensoresq; in propugnaculis dispo nit: nunc in arce: quæ ad defensionem opportuna sunt: parat: modo hanc portam: quæ recta ad hostes tendit: paulum egredit᷑: ut inde quid hostes moliantur prospectet: aut primus audiat. q̃ uellem eum nũc obuiam dari: ne mihi in arcem transcurso opus esset: & hoc amplius ad lassitudiné adderetur. BAV. Abdisbar. Q uẽ uideo hor sum tendere? est ne hic speculator Ragel: an nõ est? ABDIS. Certe ipsus est. BAV. Non temere esse arbitror: q sic festinat. Hei misero mihi. ABDIS. Quid times? BAV. Quia per hæc tempora ita sum assuetus audire quæ nolo: ut semper cum nuntium quempiam conspicor: mali quid

animus præſagiat mihi. Heus Ragel. Quo pro
peras? RAGEL. Hem. Quis me uocat? BAVD.
Reſpice ad me: & ſcies. RAGEL. Opportune.
ad te ibam. Salue Rex. BAV. Quid affers? læta
ne an triſtia? RAGEL. Non hercle certum ſcio
qualia ſint. Illud dicam: quod uidi. BAV. Expe
di. RAGEL. Iam. Verum ſine me: ſi libet: uel pau
liſper reſpirare: nã præ curſu uix loqui poſſum.
BAV. Mos geratur tibi. Eia eloquere iam. RA-
GEL. Eloquor: Cum eſſem in ſpecula: ad eamq;
partem: quæ ad mare uergit: oculos coniicerem:
proſpexi quoſdam nouo habitu: quem nunquã
ante hac uiderã: horſum ad mœnia tendere: ſta-
timq; cucurri: ut id tibi nuntiarem. BAV. Ami-
ci ne an hoſtes eſſe uiſi ſunt tibi? RAGEL. Ne-
ſcio. illud ſcio: quod properantes ueniebant. BAV.
Hoſtes ſunt igitur. ABDIS. Qui ſcis an iccirco
properarent: ne Hiſpanorum: qui omnia fere cir
cum obſident: cuſtodias elapſi: iterum in eorum
inſidias inciderent: ab iiſq; caperentur. BAVDE
LIS. Omnia timeo: & quid timeam neſcio. AB-
DISBAR. Deſine quæſo male ſuſpicari: & ad
eas miſerias: quas res ipſa: & aduerſa hæc tem-
pora ferunt: metum & ſollicitudinem (ut reor)
nunc uanam adiicere. BAVDELIS. Cedo
Ragel: qualis fuit habitus iſte quem dicis?

RAGEL. Censen me potuisse ex specula tam ci
to omnia considerare ac perpendere? Illud tibi
affirmare possum: q eorum habitus propior no
stro q̃ Hispanico uisus est. ABDIS. Rex ne du
bita: nã nisi me animus fallit: amici sunt. BAV.
Ita deus faxit. Sed opportune adest Bomilcar al
ter speculator. ABDIS. Hic te certiorem reddet.

Bomilcar. Abdisbar. Baudelis. Rex.

ECquis me unq̃ fuit fœlicior nuntius?
Nemo hercle quisq̃: Nam tantũ boni
Regi apporto: q̃tum a dis uix audeat
optare. Sed ubi eum quæram? quem perconter?
ABDIS. Audin tu illũ? BAV. Audio: sed quid
dicat nõ satis ĩtelligo. ABDIS. Lætus est. BAV.
Ita uidet'. Heus Bomilcar. BOMIL. Haud mi-
rum est reuocari properantem de uia. Quis me
uult? BAV. Is qui tibi imperare potest. BOMIL.
Hem. saluus sis Rex. teipsum quærebã. BAV.
Quid est Bomilcar. quid affers? BOMIL. Affe-
ro nuntium: cuius te maxime participẽ fieri uel
les: si scires q̃tum in eo sit boni. ABDIS. Dixin
tibi te frustra timere? BAV. Explica ergo q̃pri-
mũ quid apportes: & metũ: in quo nũc sum: adi
me. BO. En adimo. Legati Turcarꝫ Impatoris
ad te cũ muneribus ueniunt. BAV. Qui id scis?
BO. Quippe qui ex ipsis audiui. Nam: ut dili-

gentis ſpeculatoris poſcebat officiũ : illis uiſis: curaui ut ſcirem qui nã eſſent:& quid ferrẽt:qui bus cognitis ad te q̃primũ aduolaui. BAV. Dili gentiam tuã laudo. O ſumme rerum opifex gra tias tibi ago:ꝙ ex tot unus tandẽ lætus allatus eſt nuntius. Abdiſbar: propera illis obuiã : atq; huc ad me q̃primũ eos adduce. Nam ubi intus quæ opus ſunt facto:imparauero:mox huc reuer tar:ut legatos hic corã oĩbus honorifice excipiã: quo populus q iam diffidebat rebus ſuis ac no ſtris:horum aduẽtu aliq̃tulum a malis reſpiret. Vos ad ſpeculas ueſtras redite : atque heus cu rate:ut ita diligenter obſeruetis: quæ apud ho ſtes gerant omnia : ut ne muſca quidem illic ſe cõmouere poſſit:quin a uobis ſtatim certior fiã.

Legatus Baiazit Imperatoris Turcarum.
Abdiſbar. Baudelis Rex Granatæ.

DIci nõ poteſt q̃ta me cœperit uoluptas poſtq̃ Granatæ mœnia proſpexi. Tot enim pericula maris ac terræ in tã lõ ga peregrinatiõe paſſus ſum:ut nunq̃ me huc in columẽ peruenturꝫ putarem. ABDI. Non mirũ ſi gaudes. Quid eſt enim iucundius:q̃ extra peri cula poſitum:præteritorꝫ laborꝫ recordari. Sed Rex egredit. LEG. Salue optume Rex. BAV. Et uos ſaluete. LEG. Magnus Turcarꝫ Impator

cum his lrīs ad te nos ire iussit: quas ubi legi mā
daueris: qd ueniamus explicabimus. BAV. Le-
ge has Abdisbar. ABD. Cedo: Soltan Baiazit
magnus Turcarꝝ impator Baudeli Granatæ Re
gi. S. P. D. Qui tibi has reddidit familiaris nr̄ ē
magnæ apud nos auctoritatis & grāæ: ei mādaui
mus: ut nōnulla nr̄is uerbis tibi nuntiaret. Qua
re fidē ei habeas: & quæ ex eo acceperis: putato
ex me ipso accæpisse. Vale ex urbe nr̄a Constan-
tinopoli. x. kal. Octobris. LEG. Optume Rex
magno animi dolore nup affectus est īclytus im
perator Turcarꝝ: qꝛ accepit ex tam munito & ui-
ris armis equisqꝫ affluenti regno: nihil tibi reli-
quū esse præter hanc unā urbē imperii tui domi
ciliū: & tot quondā Regū potentissimorꝝ fortissi
morūqꝫ parentem: quos ferūt uniuersæ Europæ
populisqꝫ Christiani noīs sæpe terrori fuisse. Re
liqua oīa oppida: castella: urbes: ꝓuinciasqꝫ par-
tim belli impetu & terrore pculsas deditione fa-
cta: ptim & maiore quidē ex pte: ui ferroqꝫ expu
gnatas ac direptas in hostiū tuorꝝ: īmo cōium: di
tionē iusqꝫ cōcessisse: metuēdūqꝫ esse: nisi tibi ali
unde succurrat: ne cū magna tua tuorūqꝫ clade:
& simul Magmedis sectatorꝝ ignominia: aut ho
sti succūbas: aut turpē deditionē facere cogaris.
Cūqꝫ aīaduerteret: hoc incendiū: nisi celeriter ex

tinguat͛:aut saltē subductis fomentis īminuat͛:
facile posse latius diffundi:& Africā primo:dein
de etiā Asiā fortasse corripere: statuit ad cōe in-
cendiū extinguēdū cōibus quoq; uiribus accur-
rere:& pro uirili parte tibi regnoq; tuo:qua pos-
set ope:nō deesse. Itaq; nos huc ad te legatos mi-
sit:q uerbis eius polliceremur: primo quoq; tpe:
quo tempestiuū esset ad nauigandū mare: cū in
genti classe Siciliā Sardiniāq; inuasuꝝ:& ita il-
lic oīa igni ferroq; uastatuꝝ: ut Hispaniæ Rex
suoꝝ clade perculsus:& in diuersa distractus:ab
hoc affecto & ꝓpe iam cōfecto bello desistere:su
isq; opem ferre:ac potius de ꝓpulsando q̄ de in-
ferendo bello cogitare cogat͛. Non minus aūt li
benter huc ad te subsidia Imperator meus mitte
ret:nisi per tāta terraꝝ ac maris spacia abs te di-
uisus id sibi difficillimū periculosissimūq; fore
existimaret. Quā ob rem optume Rex eius no-
mine te bono erectoq; aīo esse iubeo: hortorq; ut
interim has belli difficultates ac pericula: lon-
gæq; obsidionis molestias patienter substineas:
& quiduis potius in animū inducas: q̄ deditio-
nem facere:id est enim Christianoꝝ supbiæ lu-
dibrio esse:& in turpem perpetuamq; seruitutē
te tuosq; tradere:speresq; deos & homines auxi-
lio tibi non defuturos:nisi per ignauiam pusil-
lanimitatemque (quod de tantæ uirtutis uiro

nefas est suspicari) prius tibi ipse defueris. Munera aũt hæc læto aío uultuq; suscipe: ea enim tibi de more Baiazit mittit: ut sint fœderis & amicitiæ inter uos certissimum pignus & monimentũ. BAV. In tpe ipso Legate carissime cum istis mandatis te inclytus Impator tuus: & ipsa (ut reor) fata miserũt. Ita enim erã bello fractus tot curis fatigatus: tot malis: tot aduersis casibus oppressus: ita spes omnes tanq̃ uanæ ex aío exciderant: ut iam nihil fere aliud q̃ de facienda deditione cogitarem. Nunc quando tam opportunum subsidium mihi Baiazit pollicetur: certũ est omnia experiri: extrema quæq; pati: etiã si ad humanos cibos redigeremur: ut ĩ similibus aut forte minoribus casibus Hierosolomitanos obsidente Tito ac plærosq; alios populos fecisse tradũt: potius q̃ deditionẽ facere. præsertim cũ plura Impatorem tuũ q̃ polliceatur: re ipsa præstiturum confidã: ea animi magnitudine: ea potẽtia: ea postremo fide illũ esse oẽs prædicant: statuiq; nõ cõmittere: ut quando dii hoĩesq; nos adiuuãt (quod bene abs te dictũ est) nobis metipsi defuisse uideamur. Gratiã aũt: quam pro tantis erga me meritis illi referam in hac præsertim afflicta fortuna nullã habeo: sed sperare debet illũ quẽ pie colit cõmunem deum: qui benefacta hoím

audit ac uidet:& pro meritis unicuiq; iusta præ-
mia tribuit:gratiam sibi cumulatissimam relatu
rum. Ego uero si eius ope (quod spero) seruatus
fuero:hoc imperium:hãc regiam dignitatem: &
postremo hanc animam ipsam: qua spiro:illi ac
ceptam referam:memoriamq; tanti beneficii co-
lam beniuolẽtia sempiterna. Munera uero liben
ter accipio:eaq; non tantum ut amicitiæ ac fœde
ris nostri:sed fidei:quam mihi seruaturus est:fir
missimum pignus: perpetuumq; monimentum
inuiolata custodiã. Vos munera istæc ĩtro aufer
te:ac dicite architriclino ut cœnã mihi &his no-
bilibus hospitibus regio luxu paret:uolo.n. nos
hũc diem lætum festũq; agere:& cum omni gau
dio & alacritate celebrarẽ. Tu uero legate cum tu
ĩs regiam ingredere:ut dum ego sacrificiis inter
sum:ac deo nostro pro tantis meritis gratias ago
paulisper requiescas: & postea simul mecum in
cœna recreeris LEGAT. Ego uero ac lubens:nã
de uia fessus quiete præsertim indigeo.

Fernandus Rex Helisabe Regina.
Petrus Mendoza Cardinalis.

QVis hoc non admiretẽ: tãta hos pfidos
mauros præditos esse ptinacia atq; ue-
cordia: ut cum undiq; adeo circũsepti sit

ut uix quisq̃ nisi per incertos tramites & loca fe
ris capris pene inuia: ad eos penetrare possit: cũ
armis nostris obsistere: famẽ diutius tolerare ne
queant: tamen deditionẽ: quã se dudum ostende
rant esse facturos: ꝑrastinent: & animũ nr̃m iã
ad maiora tendentem: in hoc segni bello detine-
ant occupatũ. Nam si in aciẽ sæpe prodirẽt: mi-
nus ægre ferrẽ has obsidẽdi molestias. Sed post
prima illa prœlia: q̃bus nr̃am militũq; nr̃orum
uim ac uirtutẽ senserũt: semꝑ se uallo ac mœni-
bus tutati sunt: nec apti certaminis copiã ullã fe
cere. REG. Sapiunt mea quidẽ sentẽtia. nã stul
tissimi forent: si uirtute ac uiribus inferiores cũ
sꝑiore cõtenderẽt. REX. Quid igit᷑ faciemus?
REG. Nempe ut cœpisti. Cũ opus est fortitudi
ne: aliisq; bellicis uirtutibus: q̃bus polles pluri-
mũ: ut illis utaris: Cũ opus est patientia: ab qua
nõnunq̃ (quæ tua est animi magnitudo atq; fe-
rocia) uideris abhorrere: eã quoq; amplectaris.
oĩa enim tempus habẽt suũ. Nunc: meo iudicio:
patientiæ tẽpus est: ut uidelicet postq̃ hiems gra
uis instat: neq; manũ cõserere audẽt hostes. neq;
sine manifesto ꝑiculo ad Vrbis mœnia tanta mi
litũ freq̃ẽtia: tot scorpionibus: balistis: tormen
tisq; bellicis munita: licet exercitum admouere:
tuæ militũq; saluti consulas: & æquo aĩo has bel
li moras ꝑferas. CAR. Sapienter: more suo: Re-

gina tibi consulit inuictissime Rex. Nā capitis adire periculū: nisi necessitas urgeat: nō probo. Et sane q̄to magis exuperas uirtute: tanto æqus est Reginā: atq; adeo nos oēs: q ex te pendemus: de tua salute esse sollicitos: oēsq; casus: q homini accidere pn̄t: maturius expendere: et nōnunq̄ fortunā nimiū fauentē metuere. REX. Fateor ita esse ut dicitis: sed tn̄ strenuis ducibus uetus illud uerbū in ore semper esse cōsueuit: Non sine piculo fit magnū facinus ac memorabile. REG At id periculū ubi de uita agat̃: te adire minime uelim. Qui scis an breui: si paulisper mō quieueris: ueniā hostes oratū ueniant: seq;: cū id minus existimes: ultro dedant? REX. Nimis sero id facturos arbitror: nisi eos omnibus modis & artibus terruerimus: nisi eos nunq̄ passi fuerimus quiescere: nisi postremo omnes nos aditus explorare: oēs ad expugnationem Vrbis uias tentare psenserint. CAR. Video te Rex inuadendæ Vrbis cupiditate flagrare: quod magnopere laudo. Nam id magnitudini animi debet ascribi: uerū a Reginæ cōsilio: quo te ad patientiā adhortat̃: nō sine magna rōne discedendū puto. Nā si tibi iucūdū est: gloriosumq; existimas: in prœliis sæpe uersari: cōsideres etiā oportet: nō minorē fere gloriā cōsecutū esse Fabiū Maximū q̄ Scipionē.

Si quidem Hānibalem Scipio in acie uicit: eundem antea Fabius iuueniliter exultātem patientia sua domuit: & ut uinci posset: effecit. ille Africanus cognominatus est. Hic imperii scutū & rei romanæ restitutor a populo ē uocatus. Imitatus es hactenus Scipionē fortiter dimicādo: imitare nūc paulisper Fabium sapienter cunctando REX. Laudo cōsilium uestrum: & eo utar suo loco & tempore: sed mihi nunc aliud suadet occasio: quæ prætermittenda non est. Nam & Scipionem: quem me dixisti hactenus imitatum: & uere dixisti: utināq ut eius uirtutem sequor: ita assequi possem. sed Scipionem solitum dicere accepimus. tunc esse: cum honeste confligendum: cū aut necessitas incidit: aut obuēit occasio REGINA: Dic obsecro mi uir quæ est ista occasio: quā tibi in præsentia secus q̄ nos consulimus: suadere dixisti? REX. Dicam: neq enim fas est quicq̄ uobis esse absconsum ac reconditum. sed animū aduortite. REGINA. Istic sum. CARD. Et q dem ego. REX. Explorator Didacus modo nūtiauit defensores paucos esse in mœnibus: eosq patiētia nostra: quia proximis diebus paulisper quiescere permissi sunt. factos esse multo negligentiores solito. Idē ait se animaduertisse in posteriore Vrbis parte locum quendam non satis

munitum:muro illic uetustate collapso:sed uir-
gultis sentibus & caprificis obtecto. eundemq;
locum ab hostibus negligenter custodiri:q̄ sit a
castris nostris auersus: neq; ex ea parte fuerint
hactenus ab exercitu nr̄o uexati. REG. Quid
igit̄ facere cogitas? REX. Si tacueris: citius au-
dies. REG. Taceo ac lubens: Nam mulieri de-
cus affert taciturnitas. REX. Hoc mihi sedet in
animo:quando hæc se præbet occasio: belli ten-
tare fortunā: lectissimos milites: ex ea parte ubi
locum dixi minus esse munitum: in insidiis col
locabo:reliquum exercitum:ad hanc partē:quæ
castris opposita est:ad mœnia admouebo.hi sci-
licet pugnabūt acriter: totumq; in se hostiū im
petum oculosq; conuertent. Interim fortasse da-
bitur occasio iis:qui in insidiis erunt:mœnia de
fensoribus uacua capiendi:in urbēq; irrumpen-
di. CAR. Profecto prudentissime istud consiliū
tibi uenit in mentem:idq; magnopere laudo:nā
prospere gerendæ rei facultatem omittere: extre
ma demētia est. REG. Placet hoc tibi consiliū?
CAr. Quid ni? cū sit plenū prudētiæ. REG. Mihi
quoq; ita uidetur. Sed si pugnare statuis mi uir.
REX. Statuo quidē. REG. Obsecro ne ad mœ
nia propius accedas:unde te balistæ aut tormen
ta impetere possint:nimis enim misere ea timeo

REX. Ne timueris: deus.n.cuius causam agi-
mus:nos tuebitur:pugnabitq; nobiscũ. Tu mo-
do:ut solita es:ad ipsum:ac diuũ Iacobum : quẽ
tam pie colis:preces fundito. cõfido enim pro ea
religione ac pietate:quæ in te summa sunt : tuis
precibus uictoriam nobis posse impetrari: quẽ-
admodum:ut sacra narrat historia:populus Isra
elitis Moise orante uincebat. REG. Vtinam
quidem digna sim quæ audiar : nam piæ preces
nõ deerunt:sed spero potius deum : qui tuã sibi
deditã mentem intuetur:qua nõ ad tuam:sed ad
eius laudem & gloriã oẽs actiones:conatus:cogi
tatõnesq; tuas dirigis:uirtutem tuã adiuturum.
REX. Ita pro sua ĩmensa bonitate: non pro nr̃is
meritis: quæ pexigua sunt: faxit. Heus tubicen
admoneto oẽs duces:centuriones & milites nr̃os
ad pugnã ineundã se parent:ut cũ tempus prœ
liãdi mihi uisum fuerit:nulla sit mora:quin eos
instructos in aciem educere ualeam. Eamus iam
hinc in castra:ut ego quoq; arma induam:& mi-
lites adhorter. REG. I præ:nos te sequemur.

Hametes explorator. Mansir custos.



NAc ego infœlix homo sum:q nihil unq̃
nisi molesta ac tristia regi meo nuntiẽ.
MAN. Iussit me Rex hic ĩ porta: quæ
ad hostes spectat:dum sacris interesset:ac cœna-

ret:assidere:& q intrarent:quiq; exirent: diligenter obseruare: ac siquid ex hostium castris noui afferretur:renuntiare. HAM. Sed mihi ad Regem pperato opus est. MAN. Quis est qui huc tam festinat: & secum nescio quid fabulatur?
HAM. Vt qprimum Regem conueniam: & huius quicquid est:participem faciam. MAN. Ibo obuiam homini:ut sciam quid afferat: nam nisi me oculi frustrantur: explorator est Hametes.
HAM. Nisi enim is statim:quoad potest: rebus suis ac nostris consuluerit:aut potius deus quispiam nos respexerit: Actum est illicet. perimus.
MAN. O Hamete. HA. Quis me uult? MAN. Mãsir amicus tuus. HA. Quid est qd me uelis?
MAN. Quid apportes scire uelim. HA. Regius sum explorator nõ tuus. MAN. Verũ:sed tñ licet ne mihi hoc saltem scire:læta ne an tristia apportes? HA. Istuc tibi uultus & color meus: me tacente: indicare possunt. MAN. Tristia ergo sunt:nam & ora pallor occupat: & tristis ac perturbatus uideris. HAM. Bene ariolaris.

Baudelis Rex. Hametes explorator.

PRouiso quid rerum geratur: an nostri in officio sint:& itẽ an hostes noui qcq̃ ut assolent:moliantur. HAM. Regem opportune uideo. adibo propere. BAV. O Hamete. HAM. Salue Rex. BAVD. Quid affers?

HAM·Heu me miſerum·nõ læta·BAV·Hem·
Iſtuc haud mirum eſt: quippe qui per hoſce an
nos aliquot nunquã niſi talia nuntiaueris mihi·
HAM·Vt res ſunt:ita nuntium eſſe oportet·
BAV·Eloquere uno uerbo quid id ſiet:Nã quã-
doq; magis cruciant expectata mala q̃ præſen-
tia·HAM·Regem Hiſpaniæ ex tranſfugis cõ-
peri:decreuiſſe exercitum omnem:cunctaſq; bel
li machinas mœnibus admouere: & fortunam:
quæ hactenus ei ſemper arriſit: experiri ſuam·
BAV·Ve miſero mihi·Nonne hoc monſtri ſimi
le eſt:me non potuiſſe uel diem unum integrũ
lætum agere? Paulum gauiſus eram aduentu Le
gati Imperatoris Turcarum:en ſtatim hĩc nun-
tius perturbauit omnia· Verum illud profecto
uerbum eſt:quod a ſapientibus dici audio: Ri-
ſus dolore miſcetur:& extrema gaudii luctus oc
cupat·Sed quẽ horſum feſtinantem uideo? Au-
dalla curſor noſter eſt· Aliquid credo apporta-
bit eiuſmodi·Preſtolabor eum hic pauliſper: nã
iam hic aderit:ita in curſu uelox eſt· Interim co
gitabo quæ mihi facto opus ſunt: ut hoſtiũ im-
petus:ſi urbem oppugnatum uenerint: propul-
ſem·Nam quando tanta nobis ſubſidia promit-
tuntur:non decet me fracto & conſternato ani-
mo eſſe:& cõmittere ut prius per ignauiam aut

metum hosti succumbamus:q̃ a Turcarum Im‑
peratore succurratur.

Audalla cursor. Baudelis Rex.


Bi ego nunc regem quæram? qua po‑
tissimũ insistam uia? BAV. Q uã cito
Audalla curriculũ euasit: num me ho
minis celeritas fefellit? AVD. Regẽ opportune
uideo. Rex æternũ uiue. BAV. Quid est? AV.
Recte. BAV. Quid recte? AVD. Audies: Offen‑
di modo Tabellariũ Numidiæ regis: q deceptis
hostiũ excubiis magno cũ piculo se euasisse nar‑
rabat: aiebatq; cũ regis sui lrĩs ac mandatis q̃ læ
tissimis ad te ꝑperare. quo audito ego præcucur
ri: ut te q̃primũ hoc afficerẽ gaudio. BAu. Vtinã
tibi uera narrarit: Sæpe. n. Tabellarii (ut uulgo
dici solet) in ore mẽdaciũ: in tabellis ueritatẽ fe
rũt. Sed quicqd sit: eũ ad me ĩtro deduci curato:
Nã militibus edicere uolo: ut arma capiãt: para‑
tiq; sint: ut si hostis ad mœnia propius accesse‑
rit: & impetere & propulsare possint.

AVdalla cursor. Tabellarius Numidiæ
Regis. Puer.


Ospes q̃ cito me consecutus es: nõ uide
ris sane lassus de uia. TAB. Assuetus
sum huic labori. Nam a puero Africã
Europãq; perferendis huc & illuc tabellis pera‑

graui. AVD. Vere dictũ est: Magni referre hoc uel illo modo ab ipsa adolescentia institutũ esse: Sed Rex iam te expectat: ei enim aduẽtum tuũ nuntiaui. TAB. Vbi is est? AVD. Intus. TAB. Fac me ergo ad eum deduci. AVD. Ea ĩprimis gratia hic restiti: I puer & recta hũc in Regiam ducito. Ibi Rex est: nam ego hic amicum paulisper uolo opperiri meũ: mox ego quoq; istuc concessero. PVER. Præsto sum. tu me sequere. TA. Propera. sequor. AVD. Quã gaudeo me primũ Regi aduentũ huius Tabellarii nuntiasse: nam si uera mihi narrauit aliquã apud Regem inibo gratiam: q primus ei id gaudium obiecerim: & simul aliquo forsan munere: ut in talibus solet esse liberalis: me afficiet. Sed hic meus amicus cessat diu: si ad cõstitutũ uenire uolebat: iamdudũ eum hic adesse oportuerat: Nã quæ est hæc hominum impudentia? Non satis habẽt amicorum uti opera: nisi etiam eos longæ expectatiõis mora defatigent. Sed Rex foras exit: lætus est: q̃tũ uideo: uerus fui nuntius. Ego uero ad meũ munus abeo. ne Rex me hic uideat ociosum. nã compellandi eũ nõ satis idoneũ tempus uidet.

Baudelis Rex.



GRatias tibi ago summe Iuppiter: q me ex alto miseratus tãdẽ tot miseriis erũ-

nisq; nostris diuinã aliquã opem præstiturum te significasti. Tu enim: Tu inquam paulo ante Turcarꝝ Imꝑatori eam mentẽ indidisti: ut insulas hostis nr̃i ditioni subiectas ꝓponeret inuadere. Tu idẽ nũc Numidiæ regis oculos hactenus calligãtes aperuisti: ut aliquãdo intelligeret: nõ posse hoc Regnũ cadere: quin secũ magnã Africæ ꝑtem trahat: pariq; ruina inuoluat. Tu itaq; hoc ei in aĩum induxisti: ut qd̃ ꝑ lr̃as suas: quas modo hic Tabellarius reddidit: mihi ostẽdit: in auxiliũ nr̃m cum oĩbus regni sui uiribus terra mariq; descendere ꝓximo Vere decreuerit. Quare pater oĩpotens ne tãto tuo fauori deessem: Almansorẽ Præfectũ cum oĩ eqtatu: & meliore copiarꝝ ꝑte iussi posteriore urbis porta exire: exercitũq; hostiũ nihil minus opinantem a tergo inuadere. Spero. n. te duce: illũ facile casum uictoriæ inuenturꝝ: aut saltẽ eatenus ꝓfecturꝝ: ut hostis sibi quoq; cauendũ esse cognoscat: libentiusq; nos quiescere patiat. Interim promissa subsidia hic aderunt: & nõ solum ꝓpulsare bellum: sed etiam inferre poterimus. Nunc huc prodii: ut præsto essem: si illis auxilio opus foret: nam reliqua oĩs copiarꝝ pars in armis est signũ a nobis expectãs: aut si hostis exercitum ad muros admoueret: ut ad resistendum parati essemus. Sed quid est hoc

q; Regina ita exanimata ad nos egreditur? Non temere est. Prodibo illi obuiam: ut q̄primū quic quid id est: sciam.

Regina Granatæ. Baudelis Rex. Antypho somniorum coniector.

MIserā me: q̄ timeo quorsum euadāt hæc uisa somniorꝫ? Sed eccum Regē uideo. Salue uir. Salue nr̄a spes. BAV. Et tu quoq; salua sis mea uxor. unde tibi ista trepidatio? REG. Non ab re est. quia uidelicet sum de tua exercitusq; salute sollicita. BAV. Istuc pudicæ & uirum suum amantis matronæ est. Sed qd noui est: q; nunc magis solito sis de nobis anxia? REG. Dicam tibi: Nam huc ea gratia ad te prodii. BAV. Dic quæso quid est? REG. Accæpi te mandasse Almansori copiarum tuarum Præfecto ut hostes adoriret: id nollem factum. BAV. Cur nolles? REG. Quia præter id quod displicet: te tuam populiq; salutem in tam manifestū discrimen coniecisse: somniū: qđ proxima nocte uidi: maiorē ī modū me terret. BAu. An tu somniis credendū esse existimas? REG. Quid ni? cū & ipsa in utrāq; ptem multa somnia uera expta sim: & a sapientibus uiris acceperim: solere deos p somniū futura nōnūq̄ mortalibus significare. an nō in tuorꝫ sapientū numero & somniorꝫ cō-

iectores habes? BAV. Habeo quidẽ. sed raro corꝝ opera utor: quanq̃ ipsi sæpe mihi pſuadere conãtur: ne somniorꝝ monitus negligam: enumerãtes Amilcaris: Hãnibalis: matris Phalaridis: Sophoclis: Socratis: & aliorum plurimorꝝ tam philosophorꝝ q̃ ducum somnia: quæ nõ magis somnia q̃ oracula certissima fuisse contendunt. REG. Cũ igitur somniorum ueritatem tot exemplis cõfirment: & pluribus rationibus asserere: ut credo: possint: cur fidem illis abnegas? BAV. Non abnego omnino: sed nõ facile adducor: ut illis credam. Sed cedo istuc tuum somnium. REG. Visa eram secundũ quietem uidere ingenti suborta tempestate fulmen e cælo magno cum fragore lapsum: templum: quod Meschit dicimus: magno motu concutere: Magmedis & aliorum prophetarꝝ nostrorꝝ monimenta ad terram dare. Indeq; statim in Africam transgressum: magnam eius prouinciæ partem depopularier. Quo somnio exterrita e sopore cõfestim corpus proripui: fuitq; in aĩo id tibi extemplo nuntiare: obtestariq;: ne quid magnæ rei hodie aggredereris: Nescio quid enim aĩus mihi præsagibat mali: ni uerita essem: ne me nimiã: ut ais: fidem somniis adhibentem tuo more delrideres. Nunc cũ accepissem te misisse Præfectũ cũ exercitu: q cum hoste

confligeret:diutius mihi reticendum nō putaui. BAV. Prudēter fecisti:nam &si ego nō soleo magnopere huiusmōi rebus moueri: tñ nihil omittere:quod usui aliquando esse: & ad capiendum consiliū ptinere possit: prudentis esse existimo: præsertim cum somnium istud tuū tale sit:ut uideat̃ negligi nō debere. Aduocemus igit̃ Antyphonē:qui nobis hoc somniū coniectet: Nam is præter cæteros in hoc genere pollere existimat̃. ANT. Eccū me. quid Rex iubes? BAu. Tun hic eras? ANT. Erā qdem. BAV. Quid igit̃ hactenus reticuisti? ANT. Quia nō decet seruū:dñi se colloquio impudenter ingerere: & simul quia Reginæ somniū me magnope pturbauit. BAV. An tu id audisti? ANT. Quid ni: q inter hos comites tuos una semp affuerim. BAV. Quid sentis:aut quæ te res adeo:ut ais:pturbauit? ANT. Non una sed plurimæ. Cæteꝝ uelim Rex ut alios quoq; coniectores: ariolos: ac Mathematicos tuos cōuoces:qui mecū una hoc somnium interpretent̃. Nam plurimoꝝ iuditium certius est:& dici solet:Illic esse salutem: ubi fuerint multa cōsilia. BAV. Nihil opus est aliis. Nam plus uni tibi in hac arte tribuo:q̄ reliquis omnibus. Edissere igit̃ mihi uno uerbo:si potes:quid sibi uelit hoc somnium. ANT. Dicā licet inuitus. BAV.

Eloquere ſubito. Nã me iſtæc tua plus torquet mora. ANT. Finẽ Regni tui iam affore hoc ſomnio ſignificatur. BAV. Hem. Vnde cõiecturam facis? ANT. Dicam. Tempeſtas: quã ſe uidiſſe in ſomnis Regina cõmemorat: bellum eſt: quo Regnũ tuum: tanq̃ agri tẽpeſtate: uaſtatum eſt. Fulmen: Hiſpaniæ Rex eſt: qui nimirũ a cælo miſſus dici poteſt. Nam: ut uides: illi cœlum & ſidera omnia fauent. Concuſſione templi & monimentoꝝ in terram caſu: portendi autumo: hãc urbem breui in hoſtium poteſtatẽ uenturã: & in ea nõ amplius Magmedis legem: ſed Chriſti ſeruatam iri. Poſtremo tranſgreſſio eiuſdem fulminis in Africam. & illa depopulatio: manifeſto ſignificant: hac urbe capta: bellum in Africam traiectuꝝ: Hiſpaniæq; Regem ea ꝓuintia impetu belli ꝑculſa atq; proſtrata: maiore ex parte potituꝝ. BAV. Heu me miſeꝝ. q̃ metuo: ne eueniant iſta quæ uaticinaris. Ita enim apte ſomnium illud interpretatus es: ut nõ ſomnium: ſed oraculum aut hiſtoriã mihi uiderer audire. Quid igitur faciã Antypho? ANT. Quid facias: niſi ut iram dei: qui tibi nunc infenſus eſt: ſi poſſis: placare ſtudeas: ac tibi Regnoq; tuo: dum licet: conſulas. BAVD. Recte mones. Sed placandorum deorum munus ad te potiſſimum pertinet mea

uxor: quæ cũ religione ac pietate præstes: facili-
us nobis numina irata recõciliare poteris. REG
Nihil faciã libentius: nõ ꝙ pietate superiorẽ me
existimẽ: sed ut queẽadmodũ meo somnio mala
fata tibi cognita sunt: ita meis precibus: si fieri
possit: eadem auertantur. BAV. Ita deus faxit.
abi supplicatũ. REG. Abeo: uos me sequimini.
Baudelis Rex. Antypho. Messi cursor.

NVnc una spes est in exercitu nr̃o: qui si
bene rem gesserit: nõ erit tam cito for-
tassis oĩno desperandũ. Si male: actum
est illicet. Ita ne censes Antypho? ANT. Quid
sentirẽ iã tibi explicui. Ita ꝓfecto eo somnio dei
uoluntatẽ mihi perspicere uisus sum: ut uix fieri
posse putẽ: amplius ut læti quicꝗ̃ aut ꝓsperi nun
tiet. BAV. Tace. Iam sciemus: nũ quæ in exerci
tu spes reliqua siet. Messi cursorẽ ex nr̃is: q cum
Præfecto exierat: huc ꝓperantẽ uideo. præstola-
ri uolo: ut primus sciã: qd boni aut mali afferat.
Veh misero mihi: ut animus inter spem & metũ
dubius trepidat. Festina Messi. ut mihi nũc pi-
ger uidet. ANT. Non mirũ. Nã cupido animo
celeritas ipsa tarda est. Sed quid properas scire:
quæ fortasse post uelles nescisse. BAV. Quoniam
hoc more humani ingenii euenit: ut nimis mise
ri mortales miserias suas nosse properẽt. Messi.

Satin saluæ? MES. Vtinam. BAV. Quid mali est? dic stati mihi. MES. Exercitus. BAV. Quid exercitus? MES. Tuus. BAV. Iam teneo: fusus est. MES. Immo ad internitionem cæsus. BAV. Heu me miserum. Perii. Interii. Nullus sum. ANTY. Ne te crucia obsecro Rex. BAV. Occidit occidit spes omnis: & fortuna nostri nois: exercitu amisso. ANTY. Quin satius est: ut dum tempus est: prius q̃ hostis usus uictoria. mœnia inuadat. seniores & proceros tuos in concilium huc euocari iubeas: ac de eorum consilio: tibi regnoq; tuo: quoad fieri possit: consulas. BAV. Bene mones: præsertim cũ ego præ dolore uix sim apud me. Tutemet igitur cura: ut Serraia cum reliquis: quos solitus sum in rebus grauioribus cõsulere: subito huc adsint. ANTY. Curabitur. BAV. At celeriter. ANTY. Iã faxo hic aderũt.

Baudelis Rex. Messi cursor.

INterim uolo ex cursore rem certius cognoscere. Dic mihi Messi si exercitus nr̃ funditus deletus est: quonã modo tu incolumis euasisti? MES. Dicam tibi: Prœliũ in conualle istac sinistrorsum cõmissum est: me Præfectus in ædito ac tuto monte: unde spectari possent omnia: locarat: quo tibi uictoriæ aut fugæ nuntius essem. cuncta itaq; uidi: & ad te pro

pere cucurri. BAV. Cedo. Ipse præfectus quid?
MES. Occidit una cum cæteris. Strenuissimus
enim quisq; in pugna cecidit: pauci admodũ ui-
ui: licet grauiter saucii: in potestatem hostium re
dacti. BAV. Quid: Rex ipse prœlio interfuit?
MES. Nõ ĩterfuit solũ: sed præfuit: uidi ego illũ
nr̃orum sanguine madentẽ per totũ agmen ma-
nibus: oculis: clamore uolitare: & strenui militis
& optimi simul Impatoris officia exequi. BAV.
Male est mihi. reuertere ad tuã speculã: ut obser
ues: qd hostes parta uictoria moliant̃. ME. Fiat.

Baudelis Rex.

O Fortuna: quæ soles esse tam inconstans
& uaria: ut in meã meorũq; cladem ac
pernitiem constãs & certa es? Decimus
agit̃ annus: ex quo nullũ fere diem lætũ exegi.
Omnia semp aduersa fuere. Raro quicq̃ nisi tur
bulẽtum: triste: ac molestũ aut audiui: aut uidi.
Res dura: spes multo fuit asperior. hodie paulũ
gauisus erã aduentu legatoꝝ. hei misero mihi: q̃
cito ad luctum & lachrymas ea gaudia recide-
runt. Sed eccum Antyphonem cum Serraia &
reliquis senioribus adesse uideo.

Antypho. Serraia. BAudelis Rex. Hali
Consultor.

ITa ne censetis? SER. Prorsus ita. Nã
nulla alia salutis uia ostẽditur. BAV.

Heus Antypho. Diligens fuisti in mãdatis nrĩs obeundis. ANT. Meo functus sum officio. Sed nõ fuit opus me in his cõuocandis magnope laborare. Nã audita clade exercitus : quã incertis rumoribus nescio quo modo accæperãt: spõte cõuenerãt oẽs. Iamq; huc ad te ibant: te ut orarent tandem aliquando tuæ cõiq; omniũ saluti prospiceres. BAV. Audierunt ne quæ gesta sunt omnia? ANT. Plura q̃ uellent. BAV. Vidistis ne unq̃ hominem infœliciorem: q̃ ego sum? SER. Me: atq; adeo hos oẽs collegas meos. quippe qui tuã ac nostrã uicem doleamus. BAV. Nõ ita est. Nam quo meus status est sublimior: eo casus est altior: & ruina grauior. SER. Verum est. sed tu stare potes nobis cadentibus: nos te cadẽte: salui esse nõ possumus. BAV. Missa hæc faciamus: qd tandem in tanta aduersitate fortunæ mihi cõsulitis? SER. Dicãt ipsi: quibus cum ut iussisti: cõmunicaui oĩa. Nam quid ego sentirem: in initio cum nondũ esset subsecuta clades exercitus: tibi explicui. BAV. Dic Hali quid tibi uidet? HA. Me ne? BAV. Te ergo: quem ut ætate: ita prudẽtia cæteros anteire par est. HALI. De prudẽtia alii iudicẽt: studiũ certe & fidẽ erga te meã: sum mãq; in consulendo libertatem tute nosti. BAV. DEL. Nihil deest tibi: quod ad fidum amicum:

& summum uirum pertineat. Sed dic quid con
silii mihi capiundum sit. HALI. Quando ita iu
bes: dicam id quod mecum una omnes isti sen-
tiunt. Nam iamdudũ inter nos hanc rem tracta
mus: & super ea disceptamus. BAV. Hem istuc
uolo: & si potes: uno uerbo expedi. HALI. Iam.
Omnes q̃primum deditionem tibi faciendã esse
censemus. BAV. Hem. HALI. Quid dubitas?
cum id non modo necessarium: uerũ etiam utile
sit. BAV. Quo modo? HALI. Primũ uides amis
so exercitu & omni flore iuuentutis nullam tibi
amplius in armis spem fore: metuendumq; esse
ne hostis tanta uictoria elatus: mœnia inuadat.
Quod si fit: perimus omnes illicet. Vi enim ur-
be expugnata: quod tantæ potentiæ ac uirtutis
uiro erit perfacile: aut mortem crudeliter oppe-
temus: aut in prædam miserandamq; seruitutẽ
una cum coniugibus & liberis trahemur. Dein-
de: ut hostis quiescat: quod (mihi crede) haud fa
ciet: nõ intelligis hunc populum tanta senum.
puerorum. ac mulierum turba superstite: cum
iam omnium nos alimentorum genera defece-
rint: famem diutius tolerare non posse? Nam in
externis auxiliis spem ponere: ea uero summa fo
ret dementia. Vt enim omittam: q̄ ea iampridẽ
frustra expectamus: illud dico: si uniuersa Asia

& Africa in auxilium nostrum consurgeret: uix fieri posse: ut hanc urbem ex faucibus iminentis hostis: iam iamq; absorbentis eriperet. BAV. Quæ nos uis belli urgeat: & famis necessitas: sat scio. Sed ego mortem seruituti anteponendam puto. Nam quid est aliud se dedere: q̃ in seruitutem se hosti addicere. HALI. Non ita est Rex. Magni enim referre arbitror cui te dedas. Primum Fernando & Hellisabe Hispaniarum principibus subesse: non seruitus sed libertas appellanda est. Sunt enim ut nostri quoq; fatentur: & constans fama prædicat: tantæ humanitatis: mansuetudinis: atq; clementiæ: tantum in summa potestate rerum omnium modum tenẽt: adeo deniq; sunt omnibus animi & corporis dotibus ornati: ut beatius pene uideat᷑ illis seruire: q̃ aliis imperare. Deinde si te sponte dedideris: nõ ut seruum: sed ut clientem: & amicum in suam fidem: qua sunt benignitate: (mihi crede) recipient. Rondenses: Loscani: & plæriq; alii: qui se sponte dedidere: quibus nihil pene ademptum est præter iniuriæ licentiam: quiq; pari quodammodo iure cum Hispanis uiuunt: Regiæ humanitatis & clemẽtiæ locupletissimi testes sunt. At Malacenses (ut alios sileam) qui obstinatis animis belli impetum experiri uoluerunt: patria capta & direpta in ca



tenis per omnem Europam tracti suo ludibrio omnes gentes impleuerunt. Postremo si tibi soli consilium caperes: forsan tuam istam animi magnitudinem nõ improbarẽ: qua dicere soles: præstare: uirorum more pugnantes occumbere: q̃ ulli hominum subesse. Nunc cum simul etiam deliberandũ tibi sit de coniugibus & liberis: atque omni populo ditioni tuæ subdito: si tibi minus parcis: at illis parcas: & tua pertinacia nõ cõmittas: ut ea illis eueniant: quæ urbe capta uictis accidere solent. quæ quidem talia sunt: ut ea fugiat ac reformidet oratio. Quare cũ necessitas te: ut fateris: urgeat: utile sit: & nõ indecoꝝ tam modestis: tam mitibus: tam omni uirtutum genere præstãtibus Principibus colla submittere: nihil cunctandum: quin statim deditõnem facias: censeo. BAV. Ita uobis uidetur? HALI. Non solum uidetur: sed id ut facias: etiam atq; etiam obsecramus. BAV. Fiat. Nam malo uobiscum errare: q̃ mea prudentia fretus: recte sentire. Eamus igit̃ intro: ut Oratores eligam: & ea: quæ ad deditionem faciendam pertinent: parem.

Gutterius Præceptor maior eqtũ Iacobensiũ. Fernãdus Rex. Petrus Cardinalis.



St ut dixti Rex. Non enim satis est bono Impatori uincere: nisi etiã uictoria

uti ſciat. REX. Et propterea quando hæc uicto
ria nobis cœlitus data eſt: decreui: ut ſoleo: ſuc-
ceſſus meos urgere: numinūq; fauori iſtare. Atq;
ea gratia huc prodii: ut hinc procul conſiderarē:
in quā potiſſimū murorꝶ partem machinas diri-
gam: qua uineæ agendæ: ubi ſcalæ admouendæ
ſint: ubi eq̄tatus: ubi peditatus diſponendi: ubi
inſidiæ collocandæ. GVT. Sed quis unq̄ putaſ-
ſet Mauros iſtos auſuros eſſe exercitū tuum ul-
tro laceſſere: cum plures iam menſes præ timore
portas urbis egredi formidarint? REX. At ſuæ
ſtultitiæ ac temeritatis debitas pœnas dederūt.
Verꝶ hoc nihil eſt. Cras faxo ut noſtram ac mili
tum uim melius ſentiant. Certū eſt enim urbem
cras primo mane oībus uiribus totaq; belli mole
adoriri: ideq; nō niſi ea expugnata & ſolo æqua-
ta diſcedere. GVT. Facile id fuerit: ſi tua uirtu-
te ac militū robore uti uolueris. REx. Ita ſpero.
Sed ego hactenus hanc expugnationē diſtuli: q̄
oſtendebant hoſtes: quotidie fere deditionē ſeſe
facturos. Ego aūt militū ſaluti: quos filiorꝶ loco
diligo: proſpiciens: libētius longæ obſidionis te-
dia ſufferebā: q̄ eos in diſcrimen adducerē. CAr.
Rex uiden tu illos urbe exeuntes? REx. Video
nunc: poſtquā oculos in eos conieci. Sed quos
nam eos fore putemus. aut quid ferre denique?

CAR· Nescio· nisi quod inermes horsum ueniunt: & si satis cerno: oliuæ ramum paciferæ: manibus gestant· REX· Demiror hoc quid sit: nisi forte sint Oratores: qui ueniant: ut se dedant: ueniam pacemque postulēt· CAR· Bene sibi: si id fecerint: consulēt· REX· Nescio quid inter se colloquuntur: aucupemur corum sermonem: & eo pacto: quid ueniant: sciemus· CAR· Istuc optimum est·

Orator Baudelis Regis· Cardinalis· Fernandus Rex· Gutterius·

PRofecto quāto magis magisque cogito: tanto magis hanc deditionem laudo· CAR· Audin tu illū? Nescio quid de deditione loquitur· REX· Audio· ORA· Nam hac potissimū uia salutem nobis: coniugibus: liberisque nostris parabimus: & urbem direptione excidioque: quod imminebat: liberabimus· CAR· Non dubium est: quantum audio: quin isti deditionem facturi ueniāt· REX· Ipsi uiderint· Nā ego utrum malim: nescio· si enim se sponte dediderint: militū saluti: quos in discrimen adducere non erit necesse: prospexero: Sin obstinato animo obsidiū tolerare uoluerint: uirtutis exercendæ & adipiscendæ gloriæ latiorē campum præbuerint· siquidem magis uirtus enitescet: & cumulatior erit nostra gloria: ui & armis expugna

ta Granata: quod breui cõsequemur: q̃ spõtanea hostium deditione recepta. ORA. Opportune Rex adest: & non præuiderã. Procidamus ei ad pedes. Salue Rex inuictissime: & omnium: quos terra substinet: gloria & honore dignissime. Cũ te non lateat q̃ graue durumq; uideri debeat homini cum Regia dignitate nato: & ab ipsis pene incunabulis pluribus populis gentibusq; imperare assueto: alienæ se ditioni sponte subiicere: existimare merito potes non sine summa urgentiq; ratione Baudelim Regem hactenus nostrum deditionis faciendæ: cuius gratia nũc ad te Magnanime Rex uenimus: consilium cœpisse. Licet enim fames ferrum ac postremo rerum omnium difficultas ad hoc illum impellere uideantur: tamen (mihi crede) plus apud eũ nosq; omnes opinio & quodãmodo certa spes tuæ bonitatis: fidei: atq; clementiæ ualuit. Nisi enim ipse omnisq; populus eius ditioni subiectus te his: quas modo nominaui: reliquisq; tuis singularibus uirtutibus erga se usurũ cõfideret: quiduis potius ꝑpeti: q̃ tibi se tradere cogitasset. Non deerat ꝓfecto nobis animus: si uis ferri urgeret: mortem fortiter pugnando oppetere: aut fame ingrauescente: eam quoquo modo tolerare patienter: donec aut amici promissa subsidia mitte

rent: aut deus fortasse quispiam nos respiceret.
Verum hæc (quam dixi) opinio: & spes de tua
summa bonitate persuasit: ut uiuere etiam nunc
Baudeli ac nobis omnibus libeat: neq; pudeat ti
bi tam inclyto Regi: tam benigno misericordiq;
uictori ceruices summittere. Itaq; Baudelis no-
mine: ipsum: omnem populum: urbem: agros: di
uina humanaq; omnia in ditionem arbitratũq;
tuum tradimus. Nunc tuum fuerit: ne illũ nosq;
simul hæc spes frustretur: prouidere. Quod ut
facias etiam atq; etiam suppliciter oramus & ob
secramus. REX. Prudenter factum est ab Rege
uestro ac uobis: q̄ nostram benignitatem q̄ uim
& arma experiri maluistis: quodq; nullum uo-
bis esse ad salutem tutiorem portum intellexi-
stis: q̄ ad nostram fidem clementiamq; confuge-
re. Quod ne frustra feceritis: sedulo a nobis (bo-
no animo estote) curabitur. ORAT. Ita spera-
mus optume Rex. REX. Cæterum quo certior
sim huic deditioni nullum subesse dolum: iube-
at statim Rex nobilium liberos obsides dari mi
hi: arma omnia huc transferri: captiuos ex Chri-
stianis: quotquot in urbe sunt: quorum salus ac
libertas mihi præcipue cordi sunt: ad me dedu-
ci. ORAT. Et hæc & alia quæcunq; iusseris: fa-
ciet: ac lubens Baudelis seruus tuus: ne dubita-

ueris. REX. Ite ergo & hæc curate. ORAT. Fa
ctum puta. REX. Tu Gutteri cum lecta pedi-
tum manu paratus sis: ut cum obsides dederint:
& huc arma detulerint: urbem recipias: portas:
arcem: munitaq; omnia urbis loca ualidissimo
præsidio firmes. Id ubi feceris: ex summa arcis
turre solita nostra signa extollito. Tibi enim tan
quam præceptori maiori equitum Iacobensium
merito debetur hic honor & labor. GVT. Nihil
unquam in omni uita feci libentius: q̃ hoc factu
rus sum: etiam si uitæ periculum: quod nullum
imminet: mihi esset adeundum. Nam quid mi-
hi potest euenire gloriosius: q̃ me primum post
tot sæcula: in arce Granatæ dei nostri & tua ui-
ctricia signa collocasse? Vos commilitones mei:
eia arma sumite: & mecum ad urbis portas pro-
pius accedite: nolo enim ut ulla sit mora: qn sta-
tim: cum tempus fuerit: urbe potiamur. CAR.
Quantæ tibi Rex laudi: & q̃ immortali gloriæ
hoc fore putandum est: cuius consilio: ductu: ac
uirtute singulari hoc tam diuturnũ: tam crude-
le: tam intestinum: ac uisceribus ipsis Christi fi-
deliũ inhærens: occœptũ: administratũ: & confe
ctũ est bellũ? Cũ tantũ Gutterius noster (& me-
rito quidem) iam nunc glorietur: se primũ Gra-
natæ portas & arcem tuo noie uictoré intratu℞.

REX. Quin potius deo nostro: a quo emanant bona cũcta: gratias agamus. CAR. Vt pium & catholicum principem decet: loqueris: & uere. Deus enim tibi eam mentem indidit: ut solus eã maculã delere uelles: quæ iam insederat ac ꝑ tot sæcula inueterauerat in populi Christiani nomine: ꝙ Magmedis sectatores: qui Asiam iamdudum nobis Africamq; eripuerant: nõ modo suis latissimis terminis contenti nõ essent: sed in Europa peculiari nostra debaccharentur. Idem in suscepto: contra perfidos istos Mauros: bello istã constantiam & patientiam contulit: ut nullo labore: nulla inedia: nullis uigiliis: nullis denique incõmodis molestiisq; frangereris. Idem in tot maris ac terræ periculis incolumem te custodiuit: & postremo ad hunc seruauit diem: ut quod maiores nostri semꝑ optarunt: sperauerũt nunq̃: Granatam cum uniuerso eius Regno uideas tuis armis: tuo consilio: ac singulari uirtute subactam: domitam: ac pacatam: in tuam ac Christianorũ potestatem deuenisse. REX. Est ita ut dicis. Ego hæc & si qua alia sunt in me: quæ digna sint laude: uni deo accepta refero. Sed eccum arma exportant: obsidesq; ad nos adducunt. dubitari non potest: quin sint ingenui & nobilium liberi: ita sunt facie liberali. Heus comites mei il-

los ſuſcipite:& curate ut p̱ ueſtra diſtributi ten/
toria diligenter cuſtodiantur : & ſimul arma in
templum referãtur· Hem·optime eſt·Gutterius
noſter perbenigne in urbem recipitur·CAR·At
ego iſtuc non aduerteram·O factum bene·uerũ
aliud ſperandum non fuit·REX·Sed optimum
factu eſt:me huc euocare exercitum ad me·I tu
bicen:& Præfectos:Tribunos:Centuriones:reli
quoſq; ductores exercitus meis uerbis moneto:
ut cum omnibus copiis: tanq̃ ſi cum hoſte dimi
candum eſſet: inſtructis q̃primum huc adſint·
CAR·Prudentiſſimi:ut ſoles:Imperatoris offi/
cio fungeris:dum ita te comparas: ita ad omnes
caſus: tam proſperos : q̃ aduerſos inſtructus : &
multo ante paratus es : ut nihil quicq̃ accidere
poſſit:quo dicendum tibi ſit·non putaram· Nã
ſi hoſtes in fide manſerint:tuto & honorifice cũ
omni equitatu & peditatu urbem ingredieris·
Sin quis dolus aut fraus ſubſit:quod uix credi/
bile eſt in tanta ipſorum clade ac rerum omniũ
deſperatione:paratus eris:qui eorum perfidiam
ulciſcaris· REX· Dicis id quod res habet · Sed
uideon ego an non Crucis ſignum in ſumma ar
ce eleuatum? & ſane niſi me oculi fallunt:ipſum
eſt·CAR·Recte uides:illud ipſum eſt·Iam igi/
tur Arx cum urbe tota libere in manu eſt tua·

REx· Adoremus eam· CAR· Iustum est· REx· Et pro tantis erga nos meritis deo gratias agamus· CAR· Aequissimum· Sed cum in tantis rebus nullæ uoces sufficiant: efficacius corde: cuius scrutator est deus: satisfieri poterit· REx· Ita est· CAR· Eccum autem post Crucem: diui Iacobi uexillum: ac deinde tuum elatũ est· REx· Bene istuc· Nam Diuus Iacobus Dux & aduocatus noster est: & illi cum beata uirgine post deum uictoriam hanc referre debemus acceptam· CAR· Sed Præconem e summa arce silentium sibi tubæ cãtu poscentẽ uisus sum audire· REx· Et quidem ego· CAR· Attendamus quæso quid nam dicturus sit· REx· Placet·

Præco·



Iuant uiuant æterna laude atq; gloria Fernãdus & Hellisabe Rex & Regina Hispaniarũ Illustres: quorũ opera: ductu: fœlicibusq; auspiciis: summo labore: incredibili uirtute: diuino cõsilio potẽtissima hæc urbs Granata cum omnibus prouinciis: ciuitatibus: castellis & oppidis eius Imperio subiectis: Deo duce: Regina cœli Maria diuoq; Iacobo Hispaniæ patrono: suffragantibus: Beatissimo patre nostro Innocentio· VIII· Pont· Max· liberalissime opitulante· Ad hoc Præsulibus: Principi

bus:Ciuitatibusq; Castellæ:pro se quibusq; sedu
lo elaborantibus:ex impia & tenebricosa Mag-
medana seruiuitute eruta:in ueri Dei lumẽ trãs
lata est & Regnum.

Cardinalis.Fernandus rex.

SAne præmio dignus est præco: qui tã egregie suo functus ẽ munere:licet plurima quæ in tuam Reginæq; laudem & gloriã uere dici poterãt: prætermiserit. REx. Mihi sat est recte fecisse. Nam gloria:etiam si id non agamus:tanq̃ umbra corpus:Benefacta consequitur.

Captiui.Cardinalis.Fernandus rex.

BEnedictus dominus deus Israhel: qa uisitauit: & fecit redemptionem plebis suæ. CAR. Canentes nescio quos audio. REx. Agmen est eorum: quos ex nostris captos Mauri diu in compedibus & uinculis tenuerunt. Miserum me:ut sunt senti:squallidi:luridi:laceri:toto deniq; habitu uultus & corporis deformati. CAR. Tales sunt:ut uix uxores & liberi eos agnoscere posse uideantur. REx. Cuius mentem uel ferream misericordia non tangat:si eius oculis tam dirũ spectaculũ sit obiectũ? Procedamus paulũ illis obuiam. Si.n.seruitutẽ istã

æquo animo propter fidem tulerunt: in marty-
rum quodammodo numerum referri possunt.
CAP. Rex æternum uiue: cui tãtum debemus:
quantũ hominẽ homini debere uix fas est. Tu
enim nobis libertatẽ: quæ bonis uita est carior.
Tu patriam: qua nihil est iucundius. Tu liberis
nostris parentes: Nobis liberos. Tu coniugibus
nostris uiros: nobis coniuges. Tu propinquos:
affines: amicos: fortunas: & deniq; nosmetipsos
nobis reddidisti: omnia: quæ ab homine optari
possunt bona: simul cum libertate amiseramus:
ea nobis per te hodierna die restituta sunt. Pro
quibus omnibus gratias tibi agere superuaca-
neum est. Quis enim pro immortalibus tuis er-
ga nos meritis conuenire existimet: ut tam uili
munere defungamur orat̃onis? Gratiã autem re
ferre nõ est nostræ facultatis: sed eam sperare de
bes ab illo: cuius uexilla secutus gloriosam hanc
de hostibus eius uictoriam reportasti: qui pia ho
minum facta ex alto prospiciens: singulis præ-
mia digna muneratur. Nos quod possumus: te
nõ solum ut Regem: id quod es: sed ut parentẽ:
& si fas ẽ dicere: deũ salutis nr̃æ: uitæ: libertatis:
fortunæ colemus: & dũ sp̃us hos artus reget: ob-
seruabĩus. REX. Neq; a uobis: neq; adeo a quoq̃
hoĩm istas gr̃arum act̃ones unq̃ desiderauimus.

Id mihi iucundissimū est: uos uidere liberos & incolumes: pro quorum salute acrius q̄ pro Imperii ꝑpagatōne & gloria dimicauimus. CAR. Istuc recte. Satius quippe est & gloriosius: ciuē unum seruare: q̄ multos hostes perdere. REX. Tu dispensator hos in castra ad Reginam deducito: & abluto squallore congruentibus uestibus exorna: nihilq; quod ad cultum aut uictum pertineat: eis defieri patiaris. Vos uero bono animo estote. CAP. Quid ni simus? cū te uiuum ac uictorem uideamus.

Rex. Cardinalis.

Opportune Reginæ mentio incidit: eā cum principe cæterisq; liberis nostris q̄primum huc adesse oportet: ut nobiscum una urbem ingrediat̄: sitq; nunc particeps honoris & lætitiæ: ita ut hactenus particeps sociaq; fuit laborum: uigiliarū: periculoꝝ. CAR. Imitata est Ipsicrateam: quæ uirum in castra ac per omnia bellorum discrimina secuta est. Sed tua: consilio: prudentia: animi magnitudine longe illa superior est. Nā de pudicitia: qua Lucretiæ par est: amore cōiugali: quo Iuliæ Pompeii: aut Porciæ Bruti nō cedit: reliquisq; uirtutibus: quæ ad consumatam matronam spectāt: dicere superuacaneum est. REX. Hui tu mihi illā lau-

das. Sat scio nihil tã magnifice dici posse: quin id excellens ac diuina illius uirtus longe exuperet. Puer curre propere: ac Reginam cum liberis reliquoq; comitatu huc meis uerbis euoca. Sed Baudelis egreditur cum suis satrapis. Nescio qd mœstus secum loquitur. Concedamus hinc paululum ad dexteram: ut nos tardius uideat: possimusq; interea sermones eius aucupari.

Baudelis. Fernandus Rex. Cardinalis.

QVis unq̃ existimasset: q annos ab hinc decem me tot diuitiis opibusq; affluentem: tanto equitatu ac peditatu stipatum. tot oppidis: castellis: urbibus: opere ac natura munitissimis cinctum undiq; ac uallatũ: omni deniq; bonorum copia florentem uidisset: fore aliquando: ut in has erumnas miseriasq;: quæ nunc me premũt: inciderẽ? O fortuna: quæ dici soles nunq̃ esse ꝑpetuo bona: ut ex illo tẽpore ad hoc: aduersum me es perpetuo mala? REx. Hic mihi consolandus est: ne se adeo maceret. CAR. Bene factum. REx. Nihil est Baudeli: quod tantopere fortunam lamenteris tuam. BAV. O salue Rex inuictissime. Nuper tibi urbem cũ omnibus meis fortunis tradidi. Nunc meipsum: cõiugem: liberos: spesq; omnes meas. & siquid est mihi amplius reliquum: absq; ulla exceptõne de

do. Illud duntaxat per tuam istam dexteram ui-
ctoria & fide gloriosam te oro: ut cum de me: con
iuge: liberisq; deliberare uoles: non uictoriã: quæ
natura insolens & superba est: sed tuum mitissi-
mum ingenium: tuam solitã humanitatem: mã-
suetudinem: clementiam: quas egomet: dum tu-
us captiuus fui: expertus sum: in consilium adhi
beas: fortunãq;: cui tantum de me licuit: reuere-
are. REx. Exurge ac bonum habeto animũ. Sen
sisti hactenus: quantum aduersus hostes in bel-
lo ualerẽ: qualis uero in pace sim: præsertim ad-
uersus eos: qui ad nostram fidem misericordiãq;
confugerunt: posthac senties: erisq; documento
cæteris: ut experiri malint: quid possim prodesse
amicus: q̃ obesse inimicus. Vos eum in castra co
mitamini: ubi curate ut honorifice accipiatur.
Sed heus concedite istorsum ad sinistram: ne is
Reginam ad nos: ut uideo: cum comitum suorũ
pompa aduentantem usq̃ remoretur.

Regina. Rex Fernandus.


Alue Rex. Omnia tibi ex sententia ho
die obtigisse maximope gaudeo. REx.
Credo. Quandoquidem tu mearũ om-
nium uoluptatum: honoris: & gloriæ particeps

& socia es. Introeamus iam urbē: ut eius posses-
sione: quod tot suspiriis: tot uotis nos ac maiores
nostri tamdiu optauere: tandem aliquando per-
fruamur. Deoq; nostro gratias agamus: qui tot
curis: tot dispendiis: tot molestiis: laboribus: pe-
riculisq; nostris finem hodierna die imponere:
fidemq; suā sanctissimā per nos ministros suos
amplificare & exaltare dignatus ē. REG. Istuc.
Si grati esse uolumus: ut certe uolumus: iustissi-
mum est. REX. Eamus iam intro. REG. In me
nulla est mora. Vos ualete & plaudite.

Acta Ludis Romanis Innocentio. VIII. in so-
lio Petri sedente Anno a Natali Saluatoris. M.
CCCC. XCII. Vndecimo Kalendas Maii. 17

Marcellini Verardi Cæsenatis Elegia.

NVnc est præcipue iuuenes: puericq; seneſcq;
Lætandũ: tellus nunc feriẽda pede.
Nunc geniale merum pateris ſumatur & auro:
Nunc ceſſet rauci turba moleſta fori.
Quilibet in ſummis nũc turribus excitet ignes:
Atq; peregrino ſpargat odore focos.
Fundantur flores: cingantur tempora lauro:
Quæ prius annoſo ſint madefacta mero.
Nunc eſt præcipue iuuenes: puericq; ſeneſcq;
Lætandum: Tellus nunc ferienda pede.
Nũc fora Romulidæ decorẽt & ampla theatra:
Regifica menſas nunc onerate dape.
Ducite nunc choreas iuuenes mixtæq; puellæ:
Pigraq; conetur membra mouere ſenex.
Nec uos matronæ pigeat nituiſſe ſub oſtro:
Non eſt hæc aliter concelebranda dies.
Nunc eſt præcipue iuuenes: puericq; ſeneſcq;
Lætandum: tellus nunc ferienda pede.
Emeritus palo ſuſpendat aratra colonus:
Læta coronati farra uorate boues.
Ruſtice parce operi: ſolemni feſſa quieſcat
Terra die: ceſſent ſarcula: marra: bidens.
I pete iam celebrem: quid ceſſas ruſtice? Romã:
I pete. fer calathos flore recente graues.

Tibia det ſonitum biforem ſaltante colona:
Vix ferat errantis quæ bene pota pedes.
Nunc eſt præcipue iuuenes: puerique: ſeneſque
Lætandum: tellus nunc ferienda pede.
Nunc & operta diu reſeret pia templa ſacerdos:
Et cadat æthereo uictima multa patri.
Splendida nūc flāmis templorum ſumma caleſcāt.
Araque nulla uacet turis odore pio.
Huc omnis ueniat certatim turba Quiritum:
Et ueniat quiſquis nunc peregrinus adeſt.
Gratia pro meritis referatur ſumma Tonanti:
Qui uetat iniuſtos ſceptra tenere diu.
Vana ſuperſtitio Libycis deducta tenebris
Cœperat occulto ſerpere cauta malo.
Iamque per Heſperiam Magmedis fundere uirus
Auſa: ferebatur cuncta per arua furens.
Latius inque dies populos uitiabat Iberos:
Et quicquid ſacro preſſerat illa pede.
Non aliter q̄ quom ueſtigia lurida ſerpens
Inſinuat gradiens per ſata læta boum:
Omnia tunc uideas fœdo palleſcere tactu:
Et quæcunque premit corpore: preſſa gemunt.
Talia non paſſus Chriſti inflammatus amore
Fernandus: turmas & pia tela parat.
Quem comes Heliſabe ſectatur in aſpera bella:
Datque animos nullo feſſa labore uiro.

Hoc duce freta cohors ruituros fertur in hostes:
A quibus edomitis clara trophœa refert.
Nunc est nunc igitur iuuenes: puerique: senesque
Lætandum: tellus nunc ferienda pede.
Fernãdus resonet nũc cuncta p̱ oppida & urbes:
Et sonet Helisabe cuncta per arua simul.
Illis Nestoreos: illis optemus & annos
Xenophili: sed sit candida quæque dies.
Dicite Io iuuenes: & Io bis uoce sonora
Dicite: sic dicat denique quisquis adest.
Dicite nunc uiuant uiuant Fernandus & uxor:
Per mare per terras regnet uterque diu.

EIVSDEM MARCELLINI VErardi ad poetas: ut triũphũ: de hoste Mauro ab Hispaniarum Principibus subacto: litteris mandent: exhortatio.


TEndite iã citharã: calãosque p̱ate poetæ:
Ingeniũ queis grãde dedit dea uertice (sũmi
Orta pr̃is: castusque fauet chorus ille sororũ:
Castaliũ fontem seruat qui pace perẽni.
Nunc opus o Vates (res est immensa canenda)
Viribus immensis: quantas uix credimus olim
Vix habuisse tuum Phœbi diuine sacerdos

Meonide pectus: quo iam celebratus Achilles
Ora per æternum uolitabit docta uirorum
Nunc merito uoces: nunc linguas mille potestis
Optare: & quicquid Vates nō hactenus ullus
Optauit: neq; enim talis per sæcula nostra
Res dicenda fuit: qualem celeberrimus ille
Fernandus pietate grauis Rex inclytus armis:
Et uirtute pari: tantarumq; æmula laudum
Helisabe: altiloquo dicendam carmine præbēt.
Vrbs munita loco: telis: ac milite forti
Vsibus edocto longos perferre labores
Victa decennali bello uelut altera Troia:
Quanuis nec ferro uincī nec uiribus ullis
Posse putaretur: iam mitis reddita: portas
Pandit: & assignat laudi meruisse domari
Viribus hesperii Regis: minuitq; dolorem
Seruitii: domino seruit q; uicta merenti
Terrarum Imperium: quas omnis circuit ingēs
Oceanus: radiansq; solet circundare Titan.
Nec minus huic uictor solito quoq; mor̄ pepcit:
Mobilis & uariæ sortis nō immemor unquam:
Quæ minime didicit consistere semper eodem
Certa loco: uariatq; uices non ordine recto.
O q̄ difficile est rebus seruare secundis
Iustitiam rectumq; simul: uel lumine claro
Cernere quid poscant leges: quid numina diuū:

Attamen hic uictor q̃ mitis q̃q; benignus
Vix tandẽ domitam Mauro℞ intrauerit urbẽ:
Difficile est memorare qdẽ: nisi Musa Maronis:
Vel tua Meonide stygiis reuocetur ab undis.
Hinc Fernande tuũ merito super æthera nomẽ
Fertur: & extremos penetrauit ad usq; Britãnos.
Vnde ea (nec fallor) tibi sunt monimẽta parata:
Quæ nulla in terris poterit delere uetustas:
Nec tacito ac celeri properans longissima passu
Quælibet annorum series: aut temporis ordo
Sæpe terẽs rigidi ualidissima robora saxi.
Nil poterunt ignes: nil ferri copia: quantam
Vix chalybes mittunt nudi: nil sæua nocere
Fulgura: nec uenti. Summo nam parta labore
Ac uirtute simul nequit ulla abolere potestas.
Tendite iam citharam: calamosq; parate poetæ.
Ecce (fide maius) posita feritate tremenda
Colla dedit Maurus tandem: solitumq; furorem
Dedidicit nuper posito diademate tanto:
Quo ferus indignas gẽtis: populosq; premebat:
Hactenus & pressit: donec Fernandus ad arma
Confugiens Christi peregrinum cõtudit hostẽ:
Qui manibus iũctis (pro sors) ac supplice uoce:
Qua prius horrenda cœlum resonare uideres:
Nunc ueniã uitãq; petit: uelut ursus in amplis
Saltibus: occurrens fuluo qui forte Leoni

Ausus erat demens nimium non uiribus æquis
Obstare:atq; hostē contra certamen inire:
Victus abit miseræ donatus munere uitæ.
Magnanimo satis est etenim potuisse Leoni
Perdere:nec ueluti turpis Lupus impius hostis
Sæuit:ut obstantis tandē fata impia cernat:
Sed donat:quo non uictus donatus abisset.
Nobilis Hesperiæ sic Rex se gessit in hostem
Concedens ueniam Mauro peccasse fatenti.
Tendite iam citharam:calamosq; parate poetæ.
Ecce iterum Phœbus domuit pythona superbū
Innocuos populos indignaq; rura prementem.
Altera nunc merito celebrētur pythia Regi
Hesperio:sanctisq; focis pia tura crementur.
Magna potens uoti populus sua munera tēplis
Inferat:atq; iterum cœlestes uota precent:
Fernādo liceat dum dextra computet annos
Viuere:quo solo gaudet nunc uindice mundus.
Assertor fidei defensor & optime Christi
O Fernande potens:o maxima cura deorum:
Astra fauent cui cūcta simul:cœlumq; ministrat
Quicqd inest animo conceptū & pectore puro:
Fœlices nimium qui te genuere parentes:
Et quoscunq; tibi uoluit deus esse propinquos.
Quæ gens Hispana:quæ gens fœlicior usq;
Prouida quam tanto fuerit dignata parente

Cura deũ: passim celebrat cui mille triumphos
Orbis Roma caput: penetrãtibus æthera sũmũ
Ignibus assiduis: ut Phœbum credere possis
Cornipedes agitare suos in nocte silenti.
Difficile est numerare qdẽ quot gaudia: plausus
Quot fiant: meritoq; simul celebrẽtur honores.
Sulfureis primum uacuus proscinditur aer:
Ignibus emissis tenuiq; in arundine clausis.
Mox repetunt terram: ueluti quom sede relabẽs
Aeria sidus radiantis ducere crines
Conspicitur: populo stellas mirante reuelli
Aethere conuexo: cœlumq; relinquere posse.
Ecce furens taurus mugitibus æthera complet.
Turba frequens cedit primo loca tuta requirẽs:
Moxq; redit: quom iam ueluti percussus ad aras
Dat gemitum taurus iuuenũ stimulãte caterua
Ense refulgenti: iaculisq; infixus acutis
Perfurit huc illuc: iamq; hos iam proterit illos
Cornibus. at plateæ populi clamore resultant.
Miscẽturq; simul mœrores: gaudia: plausus.
Vidimus inq; foro: quem uulgus dicit Agonem:
Granatam domitam ficta sub imagine uinci:
Assiduo iactu dum tristia saxa uolarent:
Iactaq; militibus longe uolitaret arundo
Hesperiis: prensansq; manu iam mœnia iã iam
Stipite concideret scalis detrusus ab altis.

Aethera quom stupidus totiés resonare uidebas
Vocibus:& belli tormentis:æreq; rauco.
Gratior at populo(liceat mihi uera fateri)
Non fuit ulla dies:q̃ quom circundatus armis
Et galeatus eques longis concurreret hastis:
Terribiliq; cadens sonitu persæpe Veredo
Concuteret terram sella deiectus ab alta
Miles:& hastarum uolitarent frusta per auras:
Hinc tuba terribili caneret taratantara cantu:
Illinc certatim tenui percussa bacillo
Tympana multa suis penetrarẽt æthera bõbis.
Regifico luxu licuit spectare triumphos:
Quos oculus mundi spatioso lumine cernens
Quicquid in orbe patet:dũ lustrat lãpade terras
Ignifera:celerum retinacula pene relaxans
Cornipedũ stupidus:procul est miratus ab altis
Sedibus:& quales spectasti tempore prisco
Roma:triumphatũ tandẽ quom læta Iugurthã
Natorum gemina comitatum prole uideres:
Captiuosq; genus mœstum procedere currus
Ante triumphales oneratos colla catenis.
Præsulis hæc magni Raphaelis cuncta fuere
Munera:purpureo meritum cui uelat honore
Condecoratq; caput rubicundi lana galeri:
Quemq; tibi fidum cultorem diue Georgi
Eligis:aduertens quanta pietate fideq;

Iustitiaq; foret dudum iuuenilibus annis.
Hunc Fernande diem niueo signare lapillo
Te decet: en soli tantum tibi præstat honorem
Helisabeq; tuæ pietas Raphaelis: & alto
Pectore fixus amor: quē concitat inclyta uirtus:
Qua supra uires hominū polletis uterq;.
Nec tamen interea grates ac dona Tonanti
Distulimus merito: qui terras lance gubernans
Aequali: uoluit meliorem uincere causam:
Fernandoq; dedit uires: quibus esset in hostem
Fortior: ostendens Magmedis nomen inane.
Nanq; sacerdotum seriem procedere longam
Vidimus: O pietas pastoris maxima nostri:
Pontificemq; bonum uisentem templa Iacobi.
Hos Fernande tibi celebrat pia Roma triūphos
Helisabeq; tuæ: dulci quæ iuncta marito
Egregias superat laudes: animumq; pudicū
Ipsicrates: dum se mediis exercet ī armis.
Fernandus resonat nunc cuncta per ora uirorū:
Non aliter q̄ Roma suos si forte Quirites
Martia conspiciat superata gente superba
Curribus auratis Capitolia summa petentes:
Captiuosq; sequi manibus post terga reuinctis:
Nam puer & iuuenis concordi mentę senexq;
Omnis ait: Bene sit bene sit tibi maxime Regū:
Quem deus omnipotēs uoluit concedere terris

Omnibus exactum numeris cum coniuge cara
Helisabe:aspectu muliebri mente uirili:
Vt quibus exultat cœlum frueremur & ipsi
Hac ætate uiris:quos tanq̃ numina cuncti
Miremur:meritoq; simul ueneremur honore.
Vestrũ opus o uates erit hoc: nũc pandite uela:
Dicite nunc laudes Fernandi:dicite honores:
Quos meruit pugnãs supansq; tot oppida & ur-
Nũc qbus ĩnumeris exultat Iberia diues ⸗bes:
Hoc domino moderante ratem clauũq; tenente.
Eia agite Aonidũ iam iam pia turba sororum
Tendite iam citharam:calamosq; parate poetæ:
Nil nisi Fernandi resonent pia carmina laudes:
Efficite æternis æternum uersibus illum:
Qui didicit Musas:doctos & amare poetas.
Sumite uos calamos : iamdudum dona parauit
Ipse nimis preciosa quidem:preciosa parate
Carmina:grãdiloquis nõ deerũt splẽdida uates
Præmia carminibus:nescit(mihi credite) nescit
Muneribus uinci:potuit quæ uincere quicquid
Vincere tentauit præcelsa potentia Regis
Fernandi:quem Fata uelint concedere terris:
Dum uolet ipse suum cõscendere lætus olympũ:
Hic ubi cœlestis diuina potentia patris:
Qui mare:qui cœlum:qui terras frugiferantis
Imperio regit:& summa ratione gubernat:

Stellatum solium celsa delegit in arce:
Quo Fernande tuis meriti reddantur honores
Pluribus & gestis: & præmia digna labori:
Vnde tibi dabitur diuorum accumbere mensis.
Hic tu cōspicuus tenero comitatus amore
Coniugis: aspectu superum: liquidoq; frueris
Nectare: & Ambrosia: nō dignus honore miori.

EIVSDEM ELEGIA: QVA FIDES Fernando & Helisabe gratias agit: q eorū opera Maurorum catenis fuerit liberata.



(turba
Agnanimi pceres: tuq; o placidissima
Accipe: si quæ sim noscere forte cupis.
Nuncupor alma Fides totū ueneranda p orbē:
Omne potens firma pace ligare genus.
Nam si rite colar: procedent omnia recto
Ordine: consumet martia tela situs.
At si deficiam: rerum cōfusus & ordo
Deficiet: Solis Luna tenebit iter.
Sed tamen heu qd nō mortalia pectora tentant?
Me miseram quid nō mens furibunda cupit?
Maurus ad infandas leges Magmedis: iniqua
Ausus erat populos uoce uocare meos.

Tunc ego Granatæ (fuit hæc nã dedita quondã
Terra mihi) a diro Principe capta fui.
Hic igitur pedibus fœdis oppressa tenebar
Multa ferens tanta non toleranda Dea.
Ver℞ hæc haud passi Fernãdus & inclyta cõiũx
Helisabe: collo diripuere iugum.
Queis ducibus tandem posito squallore: resumo
Sideream faciem: splendidaq; ora gero.
O Fernãde potens: O fœmina digna marito
Helisabe tali: pectora grata deis.
Per uos en ueteres tandem renouamus amictus:
Cingimur en rutilas flore recente comas.
Cernimus en nitidũ uestro quoq; munere cœlũ:
Oraq;: quæ fuerant nubila: clara nitent.
En redolet crinis madido perfusus odore:
Stringit & excultum pulchra corona caput.
En licet articulis nitidos numerare lapillos:
En redimit collum grande monile meum.
En ego: quæ diro fueram subiecta tyranno:
Europen teneo nunc ditione mea.
Quin etiam his ducibus (sic stat sentẽtia patris
Aetherei: iustus qui pia facta uidet)
Tempus erit cũ iam Libycis spatiabor in aruis:
Perq; Asiam nullo præpediente ferar.
Regibus his igitur meriti celebrentur honores:
Qui mihi constrictas exoluēre manus.

Qui totum nostris subdent quoq; legibus orbe:
Maxima qua tellus: qua freta lata patent.
Post ubi proscindent fatalia stamina parcæ:
Scandet in æthereas lætus uterq; domos.

Impressum Romæ per Magistrum Eucharium Silber: alias Franck: Anno Domini M.CCCC.XCIII. Die uero. VII. Martii.

Registrum.

Primum uacat
strorum tempoꝝ
Conuocandi.
potentiæ ac
Munitum
metum hosti

Et Africa
ta Granata
Marcellini
Attamen

Viua el gran Re Don Fernando
Con la Reyna Don Isabella
Viua spagna e la Castella
Pien de gloria triumphando
La Cita Mahomectana Potentissima Granata.
Da la falsa fe pagana E dissolta e liberata
Per uirtute & manu armata Del Fernãdo e Lisabella. Viua spagna &c:.

DISC

TENOR.

BASSVS

ALTVS.

Gran auspicio e gran impresa
Gran consiglio e gran uirtute
Gran honore a sancta chiesa
A ignoranti gran salute
Gran prouincia in seruitute
Al Fernando & Lisabella. Viua spagna zc.

Nostra fede ciaschun senti
Quanto a questi e obligata
Per che Mori non contenti
Dasia & Africa occupata
In Europa debacchata
Gia faceuan sforzo & uela. Viua spagna zc.

Hora ognun fa festa e canti
El signor regratiando
Per tal palma tucti quanti
Dirren ben forte gridando
Viua el gran Re don Fernando
Colla Reina don Isabella.
Viua Spagna e la Castella
Pien de gloria triumphando.

